BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

STATIVS

II.1. ACHILLEIS

EDIDIT

A. KLOTZ

PA
6697
A5
1902

1821

LIPSIAE
IN AEDIBVS B.G. TEVBNERI

S7975K Statius, Publius Papinius
Opera; ed. Klotz
Vol. 2, Pt. 1.

(P. PAPINI STATI)

ACHILLEIS

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

EDIDIT

ALFREDUS KLOTZ

325322
16. 3. 36.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MCMII

PA
6697
A5
1902

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

HENRICO DEGEN

AMICO

EDITORIS PRAEFATIO.

Achilleidos Statianae editione, quam anno prioris sae culi LXXIX Philippus Kohlmann curavit, divendita ad me pervenit iterandi eam officium. quamobrem ut appareat, quibus fundamentis usus carminis huius verba constituerim- pauca praefationis loco dicenda sunt. tamen ne quis nunc plenam copiosamque de libris Statianis — epicorum nempe carminum, nam de Silvis rem absolvimus — dissertationem a me exspectet. quod munus alio tempore me posse subire spero, ubi etiam Thebaidos recensionem aggressurus ero huiusque poematis librorum collationes comparavero. hic vero nihil agimus nisi hoc, ut quantum fieri potest brevissime indicemus, quo fundamento nostra editio nitatur, ne omni iudicio sint destituti qui legant. ac primum quidem de codice Puteaneo, omnium quicumque aetatem tulerunt optimo, verba faciemus, tum de reliquis libris quos ad textum constituendum adhibuimus, deinde quo vinculo reliqui illi libri cohaereant inter se et quae sit relatio inter hos et Puteaneum, quaeremus, denique in fine praefationis duas tabulas collocabimus, alteram notarum quae in apparatu critico leguntur, alteram virorum, doctorum qui ad Stati Achilleidem emendandam symbolas contulerunt.

§ 1 de codice Puteaneo.

principem locum inter Achilleidos Thebaidosque libros obtinere codicem Puteaneum nunc inter Parisinae byblio-

thecae nationalis libros manu scriptos Latinos 8051, qui a priore domino Claudio Puteano[1]) nomen duxit, nunciam inter viros doctos videtur constare.[2]) qui liber quanto ceteris antistet in dies magis cognovi. continet autem foliis sexaginta quinque quaternionibus comprehensis Stati Thebaidem et Achilleidem; singulis paginis binae columnae quadragenum singulorum fere versuum leguntur. exaratus videtur saeculo nono exeunte. scripturae imaginem dedit Châtelainius (paléogr. des class. lat. II p. 161). atque exstat Thebais fol. 1ª—58ᵇ; praefixa est haec inscriptio:

STATII POETAE LIBER THEBA
ID PRIMUS INCIPIT ·:·

sequitur Achilleis fol. 59ª—65ᵇ cui inscribitur:

STĀ · POETAE THE
BAIðORUϢ · LIBRI · XII ·
ЄXPLICIVNT ⁜
INCIP̄ · AchIL̄L̄ · LIB̄ · PRIϢ̄ ;

in fine subscriptio exstat nulla, sed praeter ineptias quasdam librariorum legitur:

lib̄ s⟨ancti petri⟩
co⟨rbei . . . . . .⟩[3])

---

1) ipsius nomen in prima pagina legitur *Cl. Puteani.* ad eundem fortasse licet referre quod scriptum est in margine ad Ach. I 672 *Lib. 2,* nisi forte hoc vel recentiore manu additum est.

2) conferas quae nuper Fridericus Vollmer de hoc libro praestantissimo iudicavit (mus. Rhen. vol. LI (1896) p. 27): '*Darum muss bei der Herstellung eines zuverlässigen Textes der Thebais von der Grundregel ausgegangen werden: Einzige unverdächtige Quelle ist der Puteaneus; seine Lesarten sind nur dann zu verlassen, wenn sie sich als offenbare Schreib- oder Hörfehler kennzeichnen.*' idem valere de Achilleide ipsa re patet. de Wotki sententia, qui Puteanei auctoritatem infringere conatur, infra erit agendum.

3) quamquam non ab ipso librario haec scripta sunt, tamen nihil impedit, quo minus Corbeiae codicem scriptum esse arbitremur.

quae uncis inclusi, erasa sunt ac vix perspiciuntur. ex hac nota rectissime conclusit Otto Müller[1]) codicem Puteaneum olim pertinuisse ad bybliothecam monasterii Corbeiensis veteris, cuius patronus sanctus Petrus apostolus fuit. unde sicut alios libros e. g. Livi Puteaneum, in viri illius docti manus quolibet modo librum pervenisse apparet. eodem auctore subscriptionem quae est de priore domino in calce libri, deletam esse facile tibi persuaseris.

praeter librarium ipsum rara correctorum vestigia exstant in Puteaneo. e quibus unus vel duo quos nota $\mathbf{P}^{c}$ comprehendimus — neque enim facile eos distinxeris — aetate ipsi librario fere pares esse videntur. multo post eos recentiores quidam cum perlegerent librum et cum vulgaribus compararent, notas quasdam asperserunt levioraque menda emaculaverunt. horum correctorum aetatem recte mihi videtur constituisse Otto Müller, qui saeculo duodecimo vel tertio decimo eos addixit. nec tamen quisquam eorum totum librum recensuit. nos pro lectoris commodo ad unum omnes eos nota $\mathbf{P}^{r}$ significavimus. librum Monachium transmissum contuli ipse.

atque redire Puteaneum codicem ad vetustissimum quoddam exemplar lacunosum et undique adrosum multis locis comprobatur. imprimis autem in Achilleide fines versuum haud semel mutilati sunt, ita ut duae vel tres litterae vel una saltem perierint, quas quod librarius de suo supplere noluerit, summae ei laudi tribuemus. hos enim velim consideres locos ex Achilleide petitos — nam intra hos fines in universum nos continebimus, quippe qui Achilleidi simus praefaturi —:

*I 2 *cęlo* om. $\mathbf{P}^{1}$, add. $\mathbf{P}^{c}$

*I 10 *pulso* om. **P** addita nota ·⁝·

---

1) Electa Statiana. progr. Berolini 1882 p. 12. ibidem librariorum versus in fine adpictos invenies.

I 34 *ad* om. **P**
I 44 *Rhoetea* **P**: *Rhoeteae* ω[1])
*I 98 *terra* **P**: *terras* ω
I 108 *rupera aetas* **P**: *ruperat aetas* ω
*I 127 *chiro* **P**: *chiron* ω
I 166 *plecta* **P**: *plectra* ω
I 267 *Lusta* **P**: *Lustra* ω[2])
I 278 *tempet* **P**: *temptet* ω
*I 293 *nympha* **P**: *nymphas* ω
I 376 *propius* om. **P**[3])
I 403 *una* om. P^1, add. P^r
I 407 *istha* P^1: *isthmia* $P^r\omega$
I 442 *transa* **P**: *transtra* ω
I 476 *valibus* **P**: *vallibus* ω
I 481 *Nerei* **P**: *Nereis* ω
I 551 *aut* om. **P**
I 586 prius *iam* om. P^1, add. P^r[4])
*I 591 *amores* (*-s* add. P^r) $P\omega$
*I 594 *ume* **P**: *umbra* ω
I 604 *bachia* P^1: *brachia* $P^r\omega$
I 635 *-que* om. P^1, add. P^r[5])

---

1) hac nota reliquorum codicum vel omnium vel meliorum ex eis concentum significamus.

2) nolui uti versu 192 ubi *tari* exstat pro *tauri* cum simili errore legatur Theb. III 398 *epidarius*. cf. Schuchardt Vokalismus des Vulgärlateins, II p. 306.

3) hoc facile omitti posse ante *propiusque* vix est quod adnotem. atque omittitur etiam in codice Gudiano 54 **K** (= G^2 apud Kohlmannum). quod vero eadem vox in recentioribus quibusdam libris velut Monacensi 14 557 Helmstadiensi Gudiano 52 non legitur, fortasse non casu factum est.

4) de hoc loco idem valet quod modo de v. I 376 dixi.

5) quamquam *-que* abundat I 673 *plenisque*. unde hoc neglegentiae librari tribueris. item quod I 860 *nisiussus* legitur pro *nisi iussus* vix ad archetypi lacunam, sed ad scripturam continuam referre licet.

I 648 *vibrat* **P**: *vibrabat* **ω**
I 650 *qui* **P**: *quid* **ω**
I 691 *cum e* **P**: *cum se* **ω**
I 717 *-que* om. **P**
I 803 *cuncta* **P**: *cunctas* **ω**
I 817 *agaci* **P**: *sagaci* **ω**
*I 844 *labor* **P**: *laboris* **ω**
I 879 *-que* om. **P**
†I 887 *Amenta* **P**: *Lamenta* **ω**
*I 905 *vir* **P** pro *vires*; plane aliud in **ω** legitur.[1])
I 908 *prostavit* **P** (pro *prostravit*): *proiecit* **ω**
*I 913 *videtu* **P**: *videtur* **ω**
*I 914 *ire* om. **P**
*I 916 *achille* **P**: *achilles* **ω**
I 917 *ali* **P**: *tali* **ω**
I 918 *effer* **P**: *effert* **ω**
I 919 *Deidama* **P**: *Deidamia* **ω**
*ibid. *am* (*-ent add.* $\mathbf{P}^{r}$) **P**: *amens* **ω**
*I 921 *facti* (*-s* add. $\mathbf{P}^{r}$) **P**: *factis* **ω**
*I 922 *posc* (*-ā* add. $\mathbf{P}^{r}$) **P**: *poscat* **ω**[2])
II 37 *o* om. **P**
II 76 *a ctes* **P** spatio unius litterae relicto: *aeetes* **ω**[3])
II 129 *ad* om. **P**[4])
II 155 *E* **P**: *Et* **ω**

---

1) erasa hic quaedam esse falso Kohlmannus contendit. rasurae enim nec vola nec vestigium.

2) iterum minus accurate de Puteaneo rettulit Kohlmannus, cum *poscant* in eo esse adnotaret, adductus nimirum voce *Impleant,* quae initio versus legitur.

3) nolui hic adferre II 75 ubi *rapta* **P** exhibet, *raptam et* ceteri codices. nam voculam *et* inanem esse demonstravit Wilamowitzius (cf. apparatus criticus), lineolam autem qua *m* vel *n* significatur, haud raro librarius omisit.

4) nota in **QK** hic *et* desiderari. unde apparet facile fieri potuisse, ut librarius alteram utram particulam neglegeret.

ubi in fine versus detrimentum factum est, asteriscum adposui, semel ubi in initio, crucem. uno atque altero loco a librario neglegenter scribente peccatum esse minime negaverim, hic illic ipse adnotavi. tamen quae est temeritas scribentis e. g. *videtu* pro *videtur* vel *Amenta* pro *Lamenta*, ne plura hic proferam? quae si quis librari levitati tribuere velit, contradico quam maxime. talia quivis homo vel elementa Latina edoctus fere non potuit non supplere. si tamen noluit librarius hac laude gloriari, diligentiae potius quam neglegentiae eius hoc adscribo. nam eum non fuisse mercennarium quemlibet, sed eum qui quae legebat probe intellegeret, subscriptione primi libri Thebaidos edocemur, ubi haec: *Opus primi libri mirabili delectatione | peractum est. Nunc ad secundi libri | volumen non dissimili animo quam primum | accepimus convertamur.* quamquam magis atque magis studium eum remisisse cognoscitur eo, quod procedente labore augetur eorum numerus locorum, ubi neglegentia librarii menda inducta sunt in Puteaneum. tamen hinc non evertitur, quod modo statuimus. nam ex eis, quae longo ordine supra composuimus, minima pars ad solam neglegentiam referri potest. certe circa versus I 912—922 fenestram fuisse in archetypo mihi quidem exploratum est. quanta autem cautione in lacunis explendis fuerit librarius, optime cernitur hoc ipso loco. versu enim 912 litteram *-e* quam deesse cognovit, spatii ratione minime cogente supra vocem *a* addidit ita ut exstet *nata*; in sequentibus ne hoc quidem ausus est.

iam vero in ipsa Thebaide plura atque ea manifestiora vestigia lacunarum exstant, quae hic breviter tractare operae pretium est propterea, quod non Kohlmannus solum, sed etiam Otto Müller in apparatu critico vix quicquam de hac re adnotavit.

Theb. II 434 *Pascua & euboicis artatas fluctib. oras*
435 *Non indignati miserū dixisse parentem*
436 *Oedipodeɴ tibi larga pelops et tantalus auctor*

ubi quae typis erectis exprimenda curavi, a correctore $\mathbf{P}^{c}$ suppleta sunt. sicut hic medio versu damnum factum fuit, ita Theb. III 217 sq. in fine quaedam non legebantur, quae iterum corrector $\mathbf{P}^{c}$ supplevit:

217 *Tota r&ro seraeq. decus velit addere morti*
218 *Haec sator astroɣ iamdudum e vertice mundi.*

VII 349 sq. in initio versus mutili erant:

349 Cephisi *glaciale caput quo sud&us anhelam*
350 Ferre sitim *python amnemque avertere ponto*
351 Omnibus *immixtas cono super aspice laurus.*

VIII 418 sq. corrector hiantes reliquit, sed supplementa post eum margini adscripta sunt[1]):

418 . . . . . *midandae non una morte sagittae*
419 . . . *locus ad terrā telis in corpor-ea ferrum*
420 . . *ne cadit saepe ignari perimuntq. caduntq.*

ubi haec recentiore aetate in margine addita:

&[2]) *Formidandae*
$\overline{N}$
OM

IX 76 sq. spatium aliquanto maius, cum scriberetur codex, relictum est, quod supplementis a recentiore manu additis vix expletur:

76 *Sospes ego exuerat* vagina turbidus *ensem*
77 *Aptabatq. neci comites* tenuere *socerq.*

non expleta est lacuna in fine versus Theb. XI 628 ubi Puteaneus haec:

Mortis et occulte telum ni ta.

1) parum perspicuum est quod Kohlmannus ad v. 418 adnotavit in Puteaneo exstare *Formidandaemidandae.*

2) fere recisum est cum margine.

a lacunoso archetypo descendisse Puteaneum satis opinor ex eis elucet, quae adhuc exposuimus. tamen si quis ex ipso illo vetustissimo libro eum transcriptum esse censeret, vehementer hunc erraturum esse arbitror. nam exstant vestigia non adeo multa, tamen exstant, quibus e recentiore quodam codice Puteaneum fluxisse probetur. librarius enim licet in universum, quem ante se habebat librum, satis fideliter expresserit, tamen hic illic litterarum formis quae erant in exemplari, in errorem inductus est vel eas sive consulto sive fortuito repetiit. quo in numero imprimis hoc habendum est quod litterae *a* et *u* saepius inter se commutantur. sed opus est ex Thebaide quoque exempla congerere, propterea quod admodum raro librarius sic peccavit. praemitto autem compluribus locis pro *a* scriptam esse hanc formam *ıc*, velut Ach. I 223 *ſonorıc* Theb. VII 348 *litecım* (quo loco vel Kohlmannus *-cim* legit), Theb. X 724 *istıc.*[1]) erroris autem ipsius haec fere sunt exempla:

Theb. II 454 *m*$\overset{u}{\text{ı}}$*cros* **P**[1]: *muros* ω
III 79 *fleguis* **P**: *phlegyas* (vel. sim.) ω[2])
III 343 *saudet* **P**: *suadet* ω
III 350 *ęquā* **P**: *aequum* ω
IV 241 *patria* **P**: *putria* ω
IV 386 *lycargo* **P**: *lycurgo* ω
IV 395 *ꝓfanū* **P**: *profanam* ω
IV 803 *Arcas* **P**: *Argus* ω[3])

---

1) etiam Ach. I 519 in media vocis *adfatur* syllaba *a* sic scriptum est, ut simile sit litterae *u*.

2) utrum *-uis* an *-ius* voluerit librarius vix licet discernere. fortasse ipse dubitavit in nomine proprio parum noto, verisimilius tamen *-uis*.

3) in exemplari *Arcus* scriptum fuisse putaveris, unde facile librarius potuit sibi persuadere Arcada dici pro Argo.

Theb. VII 583 *trahunt* **P**: *trahant* ω
VII 783 *utraq.* **P**: *atraque* ω
VIII 570 *primā* **P**: *primum* ω
IX 350 *flamina* $\mathbf{P}^1$: *flumina* $\mathbf{P}^r\omega$
IX 741 *angues* **P**: *ungues* ω
X 515 *Ormenas* **P**: *Ormenus* ω
X 522 *immune* $\mathbf{P}^1$: *immane* $\mathbf{P}^r\omega$
XII 75 *manus* $\mathbf{P}^1$: *munus* ω
XII 167 *horruerunt* $\mathbf{P}^1$: *horruerant* $\mathbf{P}^r\omega$
Ach. I 907 *mutus* **P**: *mutas* ω.

praeterea huc facit commutatio quae est facta inter litteras *n* et *u*; cf.

Theb. VI 80 *Anguris* $\mathbf{P}^1$
VII 183 *unis* **P**: *imis* ω[1])
VII 613 *potuitne* **P**: *potuitve* ω
IX 419 *ulvis* ex *ulnis* correxit $\mathbf{P}^1$
XII 300 *iuvenis* **P**: *iunonis* ω

forsitan pertineat huc etiam, quod Ach. I 135 *magni* exaratum est in Puteaneo pro genuina lectione *magici* quam ceteri libri probe conservaverunt.

deinde similes sunt errores velut Theb. XI 424, ubi ex levi errore vehementer in Puteaneo peccatum est. pro *ut* enim *in* cum legisset librarius, sequentia ad hanc normam accommodanda censuit ita ut pro *ut stimulis* eveniret *in stimulos*. quod peccatum auxit unus ex eis, qui librum posteriore aetate legerunt. nam postquam rectissime *discrimina certis* scripsit librarius, ultimum versus vocabulum correctum est *certos.*[2]) tum Theb. XII 465 *premia* scriptum est pro genuina lectione *praevia*.

---

1) contra Ach. I 755 *imus* videtur genuinum esse, ubi ceteri libri praebent lectionem *unus*.

2) hinc Kohlmanni ad hunc locum adnotationem corrigas.

sed quamquam universi librarii errores hic recensendi mihi non videntur, quaedam necesse est adnotare. ac dico commutationes primum terminorum *-us* et *-ur*, deinde litterarum *n* et *r*, denique litterarum *a* et *x*.

eius autem erroris, quem primo loco nominavi, haec sunt exempla:

Theb. I 487 *vestitur* (*ius*) **P**^{1}: *vestitus* ω
II 66 *cunctatus* **P**: *cunctatur* ω
IV 217 *crinitus* **P**: *crinitur* ω
VI 741 *Cunctatur* **P**: *Cunctatus* ω
VIII 536 *indignantur* **P**: *indignatus* ω[1])
VIII 570 *grassatur* **P**: *grassatus* ω
XI 110 *adrastur* **P**^{1}: *adrastus* **P**$^r\omega$
XI 541 *Hortaturq.* **P**: *Hortatusque* ω

quibus e locis etiamsi uno vel altero Puteanei lectio ferri aliquo modo potest, e. g. Theb. II 66 — quamquam ne hic quidem perfectum satis commode se haberet, licet de omisso verbo substantivo scrupulus non resideret — tamen plurimis utique recipienda est ceterorum librorum lectio, e. g. Theb. VI 741 ubi Kohlmannus caeca in Puteaneum fide Baehrentis inventum admodum infelix *Cunctator* in textum admisit.

iam de *n* et *r* confusis haec examines velim exempla:

Theb. X 103 *martigerae* **P**: *martigenae* ω[2])
X 712 *monte* **P**^{1} ante corr.: *morte* **P**$^1\omega$
XI 220 *unguentem* (*r*) **P**^{1}: *urg(u)entem* ω
XI 316 *tandem* **P**: *tarde* ω

1) pluralem hic effecit librarius in **P** falso vocem *turmae* enuntiati subiectum esse ratus.

2) miro casu factum est, ut simillime in Silvarum codice sit peccatum silv. V 2, 131, quo loco *Nubigeras* traditum est.

Ach. I 659 *perdas* **P**: *pendas* ω[1])
693 *portum* **P**: *pontum* ω[2])

postremo de miro quodam errore pauca dico qui in priore codicis parte saepius invenitur: similes enim in exemplari litteras *a* et *x* commutavit librarius locis his:

Theb. III 173 *Phyllex*^{a}

IV 107 *via*^{x}

utroque autem loco ipse mendum sustulit. huc traho etiam hos locos:

Theb. I 21 *vi*▒ **P**: *vix* ω

I 120 *vi*^{x}▒ **P**: *vix* ω

priore enim loco *x* suprascribere neglexit, errorem intellexit librarius.

iam vero eo perducti sumus, ut summam disputationis subducere liceat: vix credo te mihi oblocuturum esse, cum Puteanei exemplar minusculis litteris scriptum fuisse contendero. quali vero genere litterarum exaratus fuerit ille codex pater Puteanei, cum altioris indaginis indigeat haec quaestio, nunc non persequor.

tamen non omnia menda hac re explicantur. sublucet enim vetustioris codicis imago, quam nunc quantum fieri potest circumscribere conamur. illud autem teneri velim eum, qui Puteaneum exaravit, fuisse linguae Latinae adeo peritum, ut quae scriberet, probe intellegeret. hinc id mihi effici videtur, ut quibus locis hiantes versus transcripsit

---

1) falsa hic de librorum lectione rettulit Kohlmannus, cf. apparatus criticus. de codicis Gudiani 54 (**K**) lectione dubito. *pendas* exstat etiam in codicibus Bernensi 156 Monacensi 14557 al.

2) *portum* fuit ubi ita intellegerem, ut postquam ex Aulidis portu essent profecti Ulixes et Diomedes, iam repetere dicerentur portum Scyri. sed *pontum* verum esse mihi persuasit Vollmer. resumunt socii pontum, postquam navem ventis permiserunt.

librarius correctorque coaevus supplementa fecit, hic non eodem exemplari, unde codex Puteaneus descendit usus sit, sed alio quodam. tamen animadvertendum est raro lacunas expletas esse a correctore $\mathbf{P}^c$ (cf. Ach. I 2 Theb. II 434—436. III 217—218. VII 349—351[1]), saepius a recentioribus, verum ab his pro libidine, cf. Ach. I 919 et 922, ubi supplementa falsa adduntur. locos igitur mutilos etiam ab exemplari eius codicis, unde Puteaneus transcriptus est, fuisse translatos dilucide apparet.

multa praeterea sunt, quae librario Puteanei ipsi tribuere minime licet. velut saepissime litterae *c* et *g* inter se commutatae sunt, quem errorem haud raro librarius emendavit ipse, saepius integrum servavit. Achilleidos haec collegi exempla:

I 113 *crateres* (eraso *g*) **P**: *crateres* ω
I 326 *recentia* **P**: *rigentia* ω
I 351 *cenas* **P**: *genas* ω
I 358 *Cymnadas* **P**: *Gymnadas* ω
I 440 *negat huc* **P**: *nec adhuc* ω[2])
I 724 *acyrtes* **P**: *agyrtes* ω
I 875 *achyrtes* **P**: *agyrtes* ω
I 906 *pellascis* **P**: *pelasgis* ω
I 959 *caze* $\mathbf{P}^1$ mg.: *gazae* ω
II 70 *Geu* **P**: *Ceu* ω
II 165 *paeliagis* $\mathbf{P}^{1c}$: *peliacis* ω

possum plura proferre ex Thebaide, e quibus nonnulla invenies in Mülleri apparatu critico — nam Kohlmannus fere neglexit huius generis errores —, sed sufficere censeo ea, quae exscripsi, ad inlustrandum id, quod ostensurus eram.

1) de hoc loco certum iudicium non audeo ferre. possunt enim supplementa recentioris cuiusdam correctoris esse.

2) hic locus etiam luculentum verborum male divisorum exemplum praebet.

deinde saepissime in Puteani exemplari litteras *t* et *i* confusas fuisse multis locis certo cognoscitur. atque Achilleidos quidem hi loci conferendi sunt:

I 96 *Quae iam* **P**^{1} ex *Quad&am.*
I 465 *avita* **P**: *avia* ω in exemplari videtur sic scriptum fuisse: *av*$\overset{i}{\tau}$*a.*
I 483 *hauιτ* **P**: *haut* ω. qui locus similiter explicandus est.
I 731 *ultior* **P**: *ultor* ω
I 874 *ιu* **P**: *tu* ω 1)

ex Thebaide hos exscribo locos:

I 634 *sup*$\overset{\tau}{\dot{\iota}}$*ecto* **P**^{c}
II 66 *La*$\overset{i}{\dot{t}}$*us* **P**^{1} vel **P**^{c}
III 6 $\overset{ei}{\&}$ **P**^{c}
III 620 *alto* **P**: *alio* ω; idem error recurrit IX 753.
V 583 *tam* **P**: *iam* ω
VI 121 *Genitis* **P**: *Gentis* ω cf. Ach. I 465.483.731.
VII 608 *gra*$\overset{i\bar{u}}{\tau}$ **P**^{r}
VIII 8 *sciss*$\overset{i}{\dot{\tau}}$ **P**^{1}
VIII 155 $\overset{\tau}{\dot{\iota}}$*orpet* **P**^{1}
IX 37 *uιr*$\overset{\tau}{\dot{\iota}}$*us* **P**^{1}
IX 212 $\overset{\tau}{\dot{u}}$*bi* **P**^{1}
IX 245 *me*$\overset{\tau}{\dot{\iota}}$*u* **P**^{1} vel **P**^{c}
IX 449 *Iret iubet* **P**^{r}: *Ire iubet* ω
IX 710 *graium* **P**: *gratum* ω

---

1) fortasse idem peccatum latet I 488 ubi in voce *metus* littera *t* a recentiore quodam correctore pinguius ei quae ante fuit inscripta est.

X 321 *tacentis* **P**: *iacentis* ω
X 742 *alias* **P**: *altas* ω
X 755 *tubas* **P**: *iubas* ω
X 779 *Iecτ̣iτ* **P**: *Iecit* ω
XI 339 *Expertare* **P**: *Experiare* ω
XI 460 *vitiis* **P**: *vittis* ω
XII 24 *atṭ illi* **P**[1]
XII 67 *ṭ̣acui* **P**[1]
XII 279 *Altior* **P**: *Altor et* ω[1])

nota sub finem crescere numerum errorum rariusque eos ab ipso librario esse emendatos.

sed etiam aliae commutationes quae e minusculis litteris minime explicantur, licet raro inveniuntur. vetustissimum illum librum litteras *r* et *p*, *d* et *b*, *r* et *b*, *p* et *d*, *b* et *p*, *d* et *r* inter se similes exhibuisse eo mihi videtur effici, quod in his peccavit exemplaris librarius, quem parum gnarum Latinae linguae fuisse vel *c* et *g* saepissime inter se commutatis probatur. pauca sunt cuiusque generis quae velim accurate consideres:

Theb. I 630 *cyclo*$\overset{p}{\underset{\cdot}{r}}$*ū* **P**[1]
III 13 *tur*$_{R}$*ib.* **P**[1] (*R* ex *p*)
VIII 522 *pudor pe* **P**: *pudor ire* ω[2])
XII 450 *sopor* **P**[1] ex *so*$_{R}$*or*: *sopor* ω
Ach. I 806 *incerto* **P**: *incepto* ω.

non supervacaneum videtur hic adnotare litteram *r* semel in Achilleide sic exaratam esse *R* atque id in voce rariore, quam formam e vetustiore codice translatam esse audacter contendo. cf. I 595.

---

1) hoc loco *et* in **P** omissum est ut metro satisfieret.

2) falsa hoc quoque loco de Puteaneo rettulit Kohlmannus. apparet autem in vetustissimo codice *i* litteram quolibet modo perisse et pro *r* lectum esse *p*.

de *d* et *b* confusis cf.

Theb. VI 859 *odtritam* **P**: *obtritam* ω

XI 521 *rubentes* $\overset{d}{}$ $\mathbf{P}^1$: *rubentes* ω

dein de *r* et *b* cf. Theb. VII 65 *mugiberefractis*[1]) **P**: *mugire refractis* ω. dubitaveris fortasse de reliquis:

Theb. VIII 540 *harenas* **P**: *habenas* ω

X 500 *ligabat* **P**: *ligarat* ω[2])

Theb. X 2 sic in Puteaneo exstat, ut *properata* sit factum ab ipso librario ex *proderata*. in eodem libro v. 881 pro genuina lectione *rupes* ceteris libris servata *rudis* legitur: apparet *rupis* in Vetustissimo illo libro fuisse. de litterarum *b* et *p* confusione pauca addo omissis eis locis, ubi occubandi et occupandi vel turbandi et turpandi verba ad errandum ansam dederunt. nam in his iure quis dubitaverit, num litterarum similitudine commutatio facta sit. gravius iam est, quod Tbeb. XII 243 *subinantur* in Puteaneo exaratum est, gravissimum quod X 659 in voce *plebes*, XI 589 in *pallida* littera *p* ex *b* correcta est ab ipso librario, contrarium vero factum est XI 30 in voce *rabie*. hisce locis in exemplari revera *p* pro *b* et invicem fuisse mihi persuasum est. iam quasdam litterarum *d* et *r* commutationes enumero:

Theb. IV 280 *Crura* **P**: *Cruda* ω

VIII 291 *videtur* **P**: *veretur* ω

X 479 *imperit* $\overset{d}{}$ $\mathbf{P}^1$: *impedit* ω

XII 616 *pidea* **P**: *piracea* vel sim. ω[3])

---

1) parum accuratum hic quoque Kohlmanni de Puteanei lectione testimonium est.

2) imperfectum hic nullo modo stare potest.

3) nolim huc referre Theb. X 479, ubi *Restruit* $\mathbf{P}^1$ exhibet unde *destruit* effectum correctura, propterea quod *Restruit* etiam in aliis libris legitur, cf. Kohlmanni adnotationem. adde etiam in Parisino 10317 ($\mathbf{P}^c$ Kohlmanno, **Q** nobis) *Restruit* exstare.

paucissima commutatae *e* et *i* exempla affero. nam plerumque non litterarum similitudine error is ortus est, sed formis vulgaribus inlatis. tamen Theb. I 119 *mecenas* ipse librarius docte correxit, V 141 *invalidi* legitur in Puteaneo pro *en validi*, VIII 40 *in* pro *en*. deinde *e* et *l* litterae ab exemplaris librario confusae sunt, nam Theb. XI 470 *salvumque* pro *saevumque* scriptum est, XI 43 *Aeternus* pro *Alternus*. Theb. VIII 204 transcripserat librarius codicis Puteanei *alther*, sed statim cognito errore *l* erasit, oblitus tamen *e* substituere. denique vetustioris scripturae luculentissimum exemplum exstat Theb. VIII 732 ubi pro *saevi safui* legitur in Puteano: capitales litteras SAEVI nemo non agnoscit. atque ut iam summam longioris, necessariae tamen disputationis faciamus, hoc scribendi genere exaratum fuisse vetustissimum illum librum, a quo uno codice intermisso atque eo minusculis litteris scripto descendisse Puteaneum satis demonstravisse nobis videmur. illius codicis vestigium etiam aliud exstat subscriptio illa notissima, quae in fine quarti Thebaidos libri in Puteaneo[1]) legitur: Iuliani u(iri) c(larissimi) librum illum fuisse mihi pro explorato est.[2])

quoniam sic etiam ab exteriore parte ut ita dicam locum suum Puteaneo vindicavimus, quem praestantia lectionum suarum omnium doctorum iudicio iam occupaverat, restat ut paucis de erroribus agamus, quos saepius libra-

---

quae cum ita sint, rectissime mihi videtur iudicasse Fridericus Vollmer (mus. Rhen. LI, 1896, p. 29 adn. 1), qui *Restruit* pro genuino habet.

1) nota hoc uno loco argumentum monostichon servatum esse.

2) quem Julianum eundem esse, cui Priscianus opus suum dedicavit, speciosa quidem, sed incertissima coniectura Vollmer opinatus est: mus. Rhen. LI (1896) p. 27 adn. 1. etiam Châtelainius l. l. ad hanc sententiam pronus erat.

rium commisisse certum sit, ne sine iudicio quicquid in eo libro legitur, pro genuino veneremur.

duplices lectiones in exemplari haud raro fuisse cognoscimus, nisi vel ad ipsum Iuliani codicem quaedam referenda sunt. saepius autem utramque lectionem servavit Puteanei librarius; quod tamen non tam ipsi, quam ei, qui medium illum inter Iuliani librum et Puteaneum exaravit, acceptum referendum esse censeo. nam eum mediocriter tantum doctum fuisse, Puteanei vero librario admodum familiarem fuisse Latinae linguae usum iam supra perspeximus. hos vero ex Achilleide conferas locos:

I 444 *suasuasque*
I 470 *Antilochous*
I 527 *audes aufers*
I 634 *gradumanu*[1])
I 832 *pii deis amothraces*
I 44 *entese* (del. $\mathbf{P}^1$)

bis in Achilleide varia lectio margini adscripta est:

I 623 *cursu* $\mathbf{P}^1$: *pulsu* $\mathbf{P}^c$ vel $\mathbf{P}^r$ in marg.
I 959 *pugnae* $\mathbf{P}^1$: *caze* $\mathbf{P}^1$ in marg.[2])

apparet autem I 832 archetypi imaginem talem fuisse, ut *pii* vel supra lineam vel in margine exstaret. nam vox *dei* cum insequente voce adeo coniuncta fuit, ut eius initialem litteram sibi arripere posset. varias autem lectiones ab eo, qui Iuliani codicem transcripsit, in medium textum inlatas esse proclivis suspicio est. unde explicatur, quod hic antecedit, illic sequitur genuina lectio, quae in codice illo vetustissimo emendatione restituta fuit. verborum

1) *ut* recentior quidam corrector suprascripsit.

2) perspicue leguntur litterae *ca e*, inter quas umbram litterae *z* cernere mihi visus sum. certe *r* non exstat. ipsa autem *c* pro *g* posita comprobatur variam lectionem ab ipso Iuliani codice transmigravisse. unde inritum fiet conamen, si quis *pugnae* velit defendere.

autem singulorum transpositiones, quae haud raro nunc exstant, eo nimirum ortas esse in propatulo est, quod vox omissa inter scribendum vel inter lineas vel in margine suppleta erat. quae quod saepius non suo loco legitur, iterum non Puteanei, sed exemplaris eius librario tribui velim. ex Achilleide autem haec praesto sunt exempla:

I 289 *comas ligare* **P**: *ligare comas* **ω**
I 600 *stat est* **P**: *est stat* **ω**
I 734 *cuncta tibi* **P**: *tibi cuncta* **ω**
I 879 *brevior clipeus* **P**: *clipeus breviorque* **ω**. quo loco ipsa transpositione factum videtur esse, ut particula *-que* desideretur in Puteaneo.

similiter explicantur loci quales sunt:

I 638 *presumerentia* ex $\overset{me}{presurentia}$
I 653 *vias* ex $\overset{a}{vis}$
I 678 *canaxos bacchi*.

iam ipsius Puteanei librarius quid saepius peccaverit, brevissime indicamus. atque duas potissimum res affero. nominum enim exitus haud raro ad sequentium vel antecedentium vocum terminos accommodavit vel propter grammaticam festinanti parum intellectam in terminis erravit, dein nonnumquam eae voces quae in initio versus collocatae sunt, auri eius obversabantur. unde factum est, ut sub finem versus vel in illarum vocum vicinitate perperam earum stirpem repetierit. cf. e. g. Theb. VI 627 ubi pro *corpore* ex initio versus *pondere* exaratum est, vel VIII 18 ubi *umbrae* pro *undae* inde ortum est, quod vox *umbriferae,* quae versum ducit, memoriae scribentis inhaesit. alterius autem generis ne prorsus exemplis careas, conferri velim Theb. I 223, ubi *Ire per inlicitum pelagus* falso legitur: pro *pelago* attractione quadam cum praepositione *per* coniuncto accusativum inrepsisse non miraberis. dein

Theb. I 301 *alternum regnum infitiatus honorem*, quo loco quin *regnum* scriptum sit propter vicinum *alternum*, dubium non est. tum Theb. IV 379 ubi legitur *subito canistra*, ad sequentem vocem adverbio aptato *subita canistra* effecit Puteanei librarius. sed talia cum ex apparatu critico cuivis colligere promptum sit, nos indicasse sat habemus, quali ratione peccaverit ille. nam eum hic illic etiam vulgares omnibus fere librariis errores repetere, ut e. g. scribatur *lumen* pro *limen*, *timeo* pro *tumeo*, et quae sunt huius generis, vix est quod lectorem moneam. neque tamen supervacaneum videtur adnotare saepius librarium integras syllabas vel etiam plures pro sua festinatione, ubi litterarum quaedam similitudo erat, transiluisse, velut Ach. I 840 *penthebae* scripsit pro *penthea thebae*, I 926 *coniungit* pro *conscia iungit*. similiter Theb. II 127 ubi errorem librarius statim intellexit: *sanguinec me*. V 490 *increscere* scripsit pro *increbescere*, VI 64 *intextus* pro *intertextus*, XII 248 *iacereor* pro *iacere reor*, et sim; cf. etiam Ach. I 428 *omnem nemus*. etiam Theb. V 416 ipse errorem correxit: legitur enim sic: *aesona[illegible]tus*.

§ 2 de reliquis subsidiis criticis.

ex eis, quae adhuc exposuimus, dilucide opinor perspicitur optimam esse Puteanei memoriam, sed cum ipse nonnullis vitiis sit imbutus, aliorum codicum ope atque auxilio nos carere non posse. atque accivi plenas trium codicum lectiones, ex quibus duo iam Kohlmanno noti fuerunt, tertius vero a Vollmero primo accuratius inspectus est. sunt autem hi:

codex Parisinus 10317, quem litteris **Pc** Kohlmannus notavit, nos, ut duarum litterarum incommodum

vitaretur, ei notam **Q** dedimus. imaginem exhibet Châtelainius l. l. II tab. 163.

codex Gudianus 54, **K** nobis, G^2 apud Kohlmannum.

codex Bruxellensis 5337/8, quam littera **C** insignivimus.

Q atque codex Parisinus 10317 conscriptus saeculo decimo in Gallia continet Stati Thebaidem fol. 1^a—164^b cui subscribitur rubro colore: STACII · PAMPINII · SVRSVLI · LIBER | PRIMVS ACHILLEIDOS INCIPIT. sequitur Achilleis fol. 164^b—182^a. codicem benignissime Monachium transmissum ipse potui conferre, unde ubi a Kohlmanni relatione recessi mihi fidem haberi volo. ille enim primus hunc librum ad Achilleidem recensendam adhibuit.[1]) praeterea de eo verba fecit Carolus Wotke.[2]) descriptus est liber a Kohlmanno l. l. et in Achilleidos praef. p. IX. tamen non recte ab uno librario codicem exaratum esse contendit. nam praeter supplementa saeculo duodecimo vel etiam postea addita, de quibus paulo infra agendum est, quattuor librariorum manus discernuntur. distinguuntur autem librarii maxime compendiorum usu.

ac primus librarius conscripsit fol. 1^a—41^b
i. e. Theb. I 1—IV 419

alter fol. 42^a—49^b, 7:
i. e. Theb. IV 420—698

tertius fol. 496, 8—81^b
i. e. Theb. IV 699—VII 77

quartus fol. 82^a—182^a
i. e. Theb. VII 78—Ach. II fin.

---

1) cf. Kohlmannus, Philol. vol. XXXIII (1874) p. 130 et eiusdem programma Posnanense *'Neue Scholien zur Thebais des Statius aus einer Pariser Handschrift (10317)* 1873 p. 4.

2) in dissertatiuncula quae exstat in Erano Vindobonensi 1893 p. 211—217 *Zur handschriftlichen Überlieferung der Thebais des Statius.*

in ea vero parte, quam quartus librarius exaravit, complures in exemplari lacunas fuisse cognoscitur, quas posteriore aetate expletas esse iam Kohlmannus adnotavit. supplementa autem facta sunt haec:

Theb. VIII 86—145: versuum 60
X 636—755: versuum 120
X 939—XI 46: versuum 47[1])
XI 409—469: versuum 61
Ach. I 529—662: versuum 134[2])
II 150—167: versuum 18[3])

quos numeros si contemplati erimus, statim apparebit in exemplari, unde descendit **Q**, singulis paginis tricenos, sub finem codicis tricenos ternos versus scriptos fuisse[4]); idem efficitur si quis e librariorum singulorum pensis rationem subducere velit, qua opera nos hoc loco possumus supersedere.

singulos autem librarios in apparatu critico distinguere notis singulis operae pretium non est, propterea quod ex eodem eos libro sua transcripsisse certum est. supplementa autem, cum non verisimile sit post duo vel tria saecula ex eodem fonte fluxisse, littera **q** notavimus.

---

1) cui numero addendi sunt argumenti duodecim versus unusque insuper vel duo quo titulus libri undecimi exaratus fuit in exemplari.

2) ab hoc numero duo versus subtrahendi sunt. nam versus 662 scriptus erat in codice ab ipso librario v. 528 unius versus spatio omisso, sed postquam versus usque ad v. 662 suppleti sunt, radendo extinctus est. praeterea v. 661 non fuisse in exemplari verisimillimum est.

3) versus 150 paene deleti vestigia quaedam exstant in fine folii 181^{b}, unde ultimam paginam quae in exemplari rescisa fuit, v. 151 coepisse cognoscitur.

4) artius codices pingere solitos esse sub finem luculentissimo codicis Bernensis 156 exemplo cognoscitur, in quo versuum numerus qui singulis paginis leguntur, a 50 crescit usque ad 75.

idem corrector, qui supplementa addidit, non cum commodo in eo grassatus est. pleraeque enim eius lectiones interpolationem olent. quamquam libro aliquo eum usum esse, non proprio ingenio mihi videtur effici eo, quod non solum magnum illud supplementum v. I 529—660 addidit, sed etiam in fine Achilleidos quaedam supplevit. eodem ducemur, ubi nonnullas eius lectiones examinaverimus.

I 728 *pridemque tuas* $\mathbf{Q}^1$: *vestras* $\mathbf{Q}^2$ suprascripsit, quae est deterrimorum librorum lectio.

item I 891 *rapit* $\mathbf{Q}^1$: *ꝛ ruit* $\mathbf{Q}^2$.

unde I 935 supplementum prompserit nescio:

-ve prius quidve inde precabo.

cum vero etiam in **C** librarius sive ipsius codicis sive, id quod verisimilius est, exemplaris proprio Marte quaedam scripsisse videatur — sic enim ille versus legitur in **C** *Quidve precer heu quid timeam prius arma vel hostes,* quibus in verbis *(prec)-er* $\mathbf{C}^3$ scripsit in rasura — in familiae **QCK** archetypo hic lacunam fuisse conieceris. nam si revera in **K** genuina leguntur, de qua re mihi e Kohlmanni silentio nequaquam constat: etiam alibi in **K** genuinae lectiones inrepserunt, quae in archetypo familiae non fuere.

item II 21 et 22 locum a deterrimorum codicum librariis non intellectum foedaque interpolatione turpatum misere pessum dedit $\mathbf{Q}^2$: *crescere* enim et *decrescere* suprascripsit, quae sunt lectiones librorum nequissimorum, quos littera **M** comprehendit Kohlmannus. ex pessimae notae libro correctorem sua petivisse, etiam in supplementis quovis fere versu cognoscitur. sed cum parcior in corrigendo fuerit, quam codicis **C** correctores, non ad eandem corruptelam pervenit codex **Q**, quae cernitur in codice **C**.

haec paulo accuratius licuit exponere de codice **Q**, quippe cuius plenam collationem manibus teneamus.

codicis Gudiani 54 (**K**) utimur collatione Kohl- **K**
manniana, quae est in apparatu critico. ex eis quae in praefatione Achilleidos p. X adnotavit, haec nostrum in usum convertimus: codex scriptus a compluribus librariis saeculo undecimo vel decimo, continet foliis 163 (folio 20 bis numerato, ita ut numeri currant usque ad 162) Thebaidem scholiis exstructam uberrimis, sed ab initio mutilam, deinde inde a folio 145 Achilleidem cum hac inscriptione: EXPLICIT LIB. XII THEBAIDOS INCIPIT P. PAPINI STATII ACHILLEIDOS LIB. I. etiam in hoc codice supplementa quaedam recentiora exstant, cf. Kohlmanni ad Thebaidem praef. p. X, velut initio Thebaidos duodecim paginae amissae hausere versus I 1—388, inter VIII 126 et IX 230 videntur perisse viginti et octo fere paginae: summi vero momenti est quod in Achilleide eidem versus desiderantur quae in **Q**: I 529—660, suppleti manu altera (**k**).

Bruxellensis codicis 5337/8 (**C**) quod accurata, **C**
quantum ad Achilleidem pertinet, collatione uti potui, acceptum refero Friderici Vollmeri benignitati. cf. P. Thomas, catalogue des manuscrits de classiques latins de la bibliothèque royale de Bruxelles. 1896 p. 21. codex, quo Stati Thebais et Achilleidos foliis 162 continentur, exaratus est saeculo undecimo atque explentur Thebaide folia 1^a—146^b, subsequitur fol. 147^a—161^b Achilleis cum hoc titulo: STATII PAPINII SVRSVLI ACHILLEIDOS LIBER PRIMVS INCIPIT. fol. 161^b et 162 corrector quidam sequentis saeculi ($\mathbf{C}^2$ vel in supplementis **c**) binis in quaque pagina columnis multis usus compendiis Ach. I 528—662 addidit adpicta nota *đ* h. e. *desunt* eo loco, quo desideratur supplementum. omissi sunt autem ab ipso librario versus 529—660, nam 528 et 662 in textu ipso exstant, versum 661 in exemplari fuisse minime est verisimile. huius autem correctoris etiam alia vestigia exstant permulta, de quibus paulo infra exponetur. deinde quarto vel quinto decimo saeculo tertius

librarius (C^3) scholia adscripsit et multas varias lectiones addidit. paulo post eum quartus in codice grassatus est, qui antiquis lectionibus ferme erasis suas undecumque haustas suprascripsit.

correctorem primum codice quodam usum esse, unde errores sat multos quos librarius commiserat emendaret, sed non eodem, unde librarius textum transcripserat, eo probatur, quod non solum multis locis genuinas reduces fecit lectiones a librario sive neglegentia sive inscitia mutatas, sed etiam integros versus addidit ab illo omissos. de magno damno, quod versibus 529 sq. factum est, infra dicendum erit. praeter hos versus in Achilleide, quam solam collatam habeo, corrector bis singulos supplevit: I 338 *⟨templa⟩ nec instabili fama supe|⟨rabere⟩ delo* et II 28 *Paruimus nimium bella ad t⟨roiana⟩ | r⟨atesque⟩*[1]), qui versus facillime potuit transiliri propter simile eius et antecedentis principium. alio autem codice, non eodem quo C^1 usum esse correctorem, vel inde efficitur, quod versus illos a librario omissos I 529—660 supplevit. quos in exemplari non fuisse certum est. deinde cum multis locis genuina revocaverit et nonnullis locis, ubi interpolatas lectiones librarius inculcaverat, non suo Marte correctorem egisse eluceat, idem comprobatur. nil nunc dico de singulis versibus, quos corrector addidit, sed unde sumeret genuina nisi ex codice aliquo his locis:

I 413 *Aere sonant temesę* C^1: *Aera domat temese* C^2

I 434 *humentia* C^1: *humitia* $C^{2\,2}$)

II 13 *Aequoreis* C^1: ubi *-rib'* supracripsit $C^{2\,3}$)

II 65 *captis illam tunc devehit argis* C^1: *ł captos ad pergama devehit argos* C^2

1) quae uncis fractis circumdedi, cum margine recisa perierunt.

2) cf. infra p. XXXIII.

3) debuit sane *-rib'q*,

II 96 *Sic orat teneris* $\mathbf{C}^1$ [1]): *ł dicor et in tenebris* $\mathbf{C}^2$

II 127 *facta vasto spectabat* $\mathbf{C}^1$: *vasto facta exspectabat* inde effecit $\mathbf{C}^2$

addidit $\mathbf{C}^2$ etiam foedissimam interpolationem I 772.

fuit autem liber cui corrector sua debebat, glossis et scholiis [2]) instructus atque ad mixtum illud codicum genus pertinebat, qui inde a saeculo duodecimo pullulabant, postquam Puteanei memoria in lucem quolibet modo protracta est. id quod longiore disputatione demonstrare operae vix pretium est, cf. adnotatio critica ad I 59. 265. 413. 513. II 13 al.

denique codicis Etonensis Bl. 6, 5 (**E**), de quo **E** verba fecit Henrici filii conlatione usus Carolus Schenkl in Studiorum Vindobonensium vol. IV (1882) p. 96—101, nonnullas lectiones adscripsimus ad codicis Puteanei auctoritatem firmandam. nam Schenkelius iam recte cognovit eum librum mixti generis esse. sed cum saeculo undecimo Beneventanis litteris in Italia sit conscriptus, parum verisimile est ex ipso Puteano exemplar eius fluxisse, sed ex simili quodam codice. unde eis locis quibus consentiunt inter se Puteaneus et Etonensis, non lectiones illius libri proprias exstare cognoscitur. hinc multum eis fidei accrescere facile apparet. vehementer autem dolendum est, quod tam raro optimam memoriam Etonensis servaverit, quippe qui descendet a codice correcto ad librum quendam deterioris notae atque ita correcto, ut pauca tantum veteris originis vestigia supersint. quae cum ita sint, e notis Schenkelii ea potissimum elegimus testimonia, quibus Etonensis a Puteanei parte stat, in quibus solis Etonensis

---

1) similis commutatio litterarum *S* et *D* facta est I 137.

2) cf. v. I 421 ubi lectioni genuinae, quae exstat in **C** *umbrę, ł silvę* suprascripserat corrector. sed cognito errore — glossam pro varia lectione acceperat — *ł* erasit. eadem autem glossa e. g. in codice Monacensi 14 557 adscripta est huic loco.

pretium positum est. quae consulto e plena conlatione Schenkelius elegit. quo factum est, ut in praesens ipsa conlatione carere possimus.

§ 3 quae ratio intercedat inter codices QCK et P.

codices **QCK** artiore quodam vinculo inter se cohaerere iam supra indicatum est. magnum enim detrimentum factum est in his tribus codicibus post versum I 528. atque quae Kohlmannus in apparatu critico dedit, cum minus perspicua sint, breviter, qualis sit res, exponendum videtur. omissi autem sunt in **QCK** versus I 529—661. in **Q** enim fol. 173^{b} post v. I 528 sequebatur unius versus spatio intermisso[1]) versus 662. sed quia in supplemento, quod alio folio inserto legitur, usque ad versum 662 scriptus erat contextus, postea in textu ipso versus 662 utpote non necessarius rasura deletus est. versum autem 661 foedissima interpolatione ortum in exemplari codicis **Q** fuisse nullo modo demonstrari potest. immo hac ipsa re correctorem pessimo quodam libro usum esse docemur. certe melioribus libris usi sunt, qui in codicibus **K** et **C** lacunam expleverunt. desiderabantur igitur in eo codice, unde liber **Q** transcriptus est, 132 versus.

idem damnum factum est in codice **K**, ubi Kohlmannus versus 529—660 et versum 661 deesse adnotat in apparatu ad v. 529 et v. 661. in **C** supplementum comprehendit versus inde a 528 usque ad 662 sed ita, ut et eum versum, qui antecedit lacunam, et eum, qui subsequitur, repetierit corrector. quae cum ita sint, constat in communi horum librorum fonte detrimentum quolibet modo factum fuisse versuum 132, quae res commode ita explicatur, ut duo folia tricenum ternorum in quaque pagina

1) unde librarium ipsum damnum cognovisse patet.

versuum perisse statuamus. num casui attribuere licebit, quod qui ante lacunam sunt versus, per hunc numerum ita dividuntur, ut nihil reliquum sit? sedecim enim paginas Achilleidos versus I 1—528 explevisse proclivis suspicio est. praeter magnam hanc lacunam consentiunt etiam alio loco in minore damno: versus I 881. 882 in **C** omittuntur lacunae signo non addito, in margine leguntur in **KQ** suppleti a manu altera.[1]) item II 53 desideratur in **QCK**, additur in margine codicis **K** non ab ipso librario. neque vero hoc damnum horum librorum proprium est: omittitur enim v. 53 etiam in Etonensi codice. in Vaticano autem 3281 nec non in Bernensi 156 legitur in margine.

ad unum eundemque patrem redire codices **QCK** quamquam vel illa lacuna, quae est inter v. I 528 et 660, demonstratur, tamen etiam multis lectionibus comprobatur, quas hic enumerare longum est. incipientis enim corruptelae statum nobis hoc codicum genus proponit neque operae pretium est gliscentes errores, passim ex Puteaneo vel eius simillimo codice correctos in recentioribus libris, longa dissertatione exponere: nos pro huius editionis indole recentiores libros abiecimus omnes, cum nihil lucri ex eis capi posse nobis persuasum[2]) sit. tamen si quando maiorem editionem conficere licebit, vel eorum rationem habebimus, ut perspiciatur rapida vis auctae in dies corruptionis, cuius Stati carmina exemplum sunt luculentissi-

---

1) hi duo versus in margine leguntur, sed fortasse ab ipso librario scripti etiam in codice Bernensi 156, ubi tamen post versum 528 hiatus non est. in Vaticano 3281 inter se transpositi hoc ordine exstant v. 882. 881.

2) quod etiam de Vaticano 3281 valet, de quo cf. Fridolfus Gustafsson in Actorum Societatis Fennicae vol. XII (1882) p. 217 sq.

mum. sed ne falso quis codices illos **QCK** aestimet, de singulari uniuscuiusque pretio quaedam addere videtur e re esse. atque unum praemitto singulis ex deterioribus fidem habendam esse nullam, nisi ubi cum Puteaneo conspirant. cum vero codex **C** et ipse neglegentia librarii gravia menda permulta contraxerit et foedissimis recentiorum interpolationibus sit turpatus, non multum auxilii eum adferre apparet. tamen hic illic cum Puteaneo conservavit genuinas lectiones, cf. e. g. Ach. I 911, ubi *compellit* nititur praeter Puteanei etiam codicum Etonensis et Bruxellensis auctoritate. interpolata autem lectio in codices **Q** et **K** penetravit, quae est *compellat*. similiter I 760 in lectione *aptum* congruit **C** cum Puteaneo: **QK** ex interpolatione exhibent *aptam*.

de codice **K**, quantum e Kohlmanni apparatu perspici potest, haec fere pro certis affirmaverim. cohaerere eum quodam adfinitatis vinculo cum libris **QC** satis apparet vel magna illa lacuna, quae est inter versus I 528 et 662. accedunt multae lectiones, quae ei cum his libris sunt communes. tamen quod **K** haud raro a sua familia recedit, partim aperta interpolatione factum est, quae unde inruperit, nunc quidem non curo, partim codicem Puteaneum vel ipsum vel similem eius mutationis ansam dedisse admodum probabile est. in interpolationibus hic illic cum deterioribus libris facit, alibi propriam emendandi viam ingressus est. videntur etiam in codice, unde tres illi libri **QCK** descenderunt, duplices lectiones nonnullis locis extitisse. atque interpolatorem cum multis tum his locis codicis **K** deprehendisse mihi videor:

I 71 *num* **PC**: *nunc* **Q**: *numi* **E**: $\bar{n}$ **K** cum deterioribus libris.

I 116 *dum viridis* **PQC**: *tum iuvenis* **K**. facile agnoscitur interpolatio *iuvenis* pro genuino *viridis*.

I 348 *timet* **PECQ**^{1}: *studet* **Q**^{2}**K**

I 356 *sexuque* **PEQ**[1]): *sexumque* **K** cum deterioris notae codicibus.

luculentum grassantis interpolationis exemplum est v. I 434 ubi levi errore in **P** exstat *tenuat umentia.* quid in alterius familiae archetypo fuerit non liquet. variant enim, qui ex eo emanavere libri: in **Q** legitur *tenuantur mitia*[2]), in **C** *tenuantur humentia,* unde *tenuantur humitia* corrector $\mathbf{C}^2$ effecit, in **K** *tenuantque humentia.* hinc si in re lubrica iudicium ferre licet, *tenuantur* (*h*)*umentia* in archetypo codicum **QKC** fuisse coniecerim, quam lectionem cum metro pugnantem partim servavere librarii, partim e libidine correxere. certam autem iterum agnoscimus interpolationem in codice **K**.

I 684 *pelago* $\mathbf{PQ}^{1}$[3]): *pelagi* $\mathbf{Q}^{2}\mathbf{CK}$. hic utramque lectionem in archetypo alterius ordinis fuisse puto.

I 713 *pridem* **PE**, quam lectionem in alia familia abiectam esse e varietate archetypi explicatur. certi autem nihil ausim proferre, cum tres codices ipsi varias inter se lectiones exhibeant: *quidem* **Q**: *quiddam* **K**: *prodi* **C**. ubi *quidem* apertam corruptelam praebet, reliquae lectiones interpolationem sapiunt. sed taedet longius, quam opus est, versari in librariorum ineptiis. codex **Q** sicuti eo loco, quem modo tractavimus, ab interpolatione videtur abstinuisse, ita et alibi alterius familiae proprietates minus obscuravit, quam codices **C** et **K**. menda autem, quae et hic codex contraxit non interpolandi libidine, sed stultitia

---

1) idem in **C** exaratum fuisse verisimillimum est; nunc exstat *sensuque*, sed ita ut *ns* tertius corrector in rasura scripserit.

2) a qua lectione proxime abest quod in Etonensi scriptum est *tenuantur milia,* propius etiam accedit ad genuinam lectionem, quod in Bernensi 156 exstat *tenuantur mecia.*

3) idem legitur in codice Bernensi.

explicantur eius, qui librum exaravit; qui de sensu numerisque plane securus, verba Latina pingere sat habuit. cf. e. g.

I 179 *crimenque* **Q** pro *crinemque*

I 200 *Destinat* **Q** pro *Destinet*

I 206 *atque inhospita* **Q** pro *atque hospita*

I 285 *celerabat* **Q** pro *celebrabat*

I 363 *patentes* **Q** pro *parentis*

I 438 *ore* **Q** pro eo quod in archetypo familiae **QKC** fuit *ora*.

I 479 *libera* **Q** pro *linea*. legerat puto *liuea* librarius.

I 677 *claresque* **Q** pro *olearosque*, quod corrector restituit.[1])

I 703 *sed* **Q** pro *se*

I 717 *armatus* **Q** pro *armabis*. in exemplari videtur fuisse *armauis*.

I 736 *littera* **Q** pro *litora*

I 831 *curr̃etes* (fuit *currentes*) **Q** pro *curetes*.

mirum in modum hic illic in levissimis peccatis consensus est inter codices **P** et **Q**:

I 460 *classibus* **PQ** pro *cassibus*.

I 499 *cunctis* **PQ** pro *cuncti*.

quamquam ne nimium his locis tribuamus, admoneo. potest enim casu factum esse, ut eis congruant illi libri. tamen ex eis, quae modo posuimus, facile cognoscitur, quae librari sit indoles. nam cum et in **C** et in **K** interpolatorem grassatum esse pro explorato sit, in **Q** talia vestigia non exstant. itaque hunc codicem optime archetypi huius familiae similitudinem reddere iudico.

tamen cum per saecula pessimae in omnes vulgatae recensionis libros poetae scholastici[2]) inrepserint inter-

---

1) *laresque* hoc loco exhibet codex Dommerichi.

2) cf. Svlp. Sev. dial. II (III) 10, 4 *nimirum ut dixit poeta nescio quis — utimur enim versu scolastico quia inter scolasticos fabulamur* — iam sequitur Theb. VIII 750.

polationes, de quarum generibus nunc fusius agere non placet, omnes codices praeter Puteaneum, qui unus hoc genere corruptionis vacat, per se parum dignos fide esse, quicumque rem accurate perspexerit facile sibi persuadebit. Carolus quidem Wotke[1]) nuper monuit, ne nimiam fidem haberemus Puteaneo. atque editori cautissime inquirendum esse, quid ipse Puteanei librarius neglegentia peccaverit quidque stultitia ille, qui ante eum e Iuliani codice Statium transcripsit, ego quoque censeo. tamen si haec dempseris, veras fere ubique lectiones elucere mihi quam maxime persuasum est. neque enim contra Puteanei auctoritatem quidquam protulit Wotkius neque proferet ex eis libris, quos ipse ad criticam adhibuit. eximia autem laude quem dignum esse existimat codicem Sangallensem 865, ego ne flocci quidem facio, si quidem ex unius libri conlatione, quam ille publici iuris fecit, certo iudicare licet. nil enim demonstratur eius lectionibus ex parte cum Puteaneo consentientibus, nisi quod verissime iam Otto Müller[2]) contenderat, saeculo duodecimo e monasterii tenebris protractum esse Puteaneum. cuius rei testimonium certissimum in ipso codice exstant adnotationes quaedam hoc fere tempore adpictae, quibus versus quosdam aut in vulgaribus libris non ferri aut deesse in **P** dicitur. unde apparet ipsum codicem cum aliis ea aetate esse conlatum. quicumque autem sobrio usus iudicio id fecerit, eum nego non potuisse cognoscere quanto superet Puteaneus eos, qui tunc circumferebantur, libros. itaque ex eo vera in aliorum librorum margine adscripta esse non mirabere. quo factum est, ut mixtum illud genus proveniret, cuius innumerabiles fere codices ubique conservantur. ut hoc loco alios omittam — e. g. Gudianus 52 ad hunc ordinem pertinere

1) l. l. p. 218.
2) Electa Statiana p. 12.

mihi videtur itemque Monacensis 14 557, de quo Gustafssonus egit in commentationibus Vahlenianis p. 494 sq. —, ipse quem Wotkius tanti aestimavit codex Sangallensis ad exemplar aliquod correctum secundum Puteaneum vel eius gemellum redit. nam quod eum librum duobus locis veras lectiones solum retinuisse ille autumat, satis mirari non possum. altero enim loco Theb. I 291 cum *verbum* suprascriptum sit ab ipso librario, qui in textu scripserat *verum*, quam lectionem antiquitus traditam esse omnium qui adhuc innotuere librorum consensu demonstratur, satis puto apparet in exemplari codicis Sangallensis *verbum* ab homine quodam docto adscriptum fuisse, cuius vestigia etiam aliis locis exstare ne Wotkium quidem praeteriit. Theb. I 653 quod legitur *Leve*, eidem docto licebit tribuere, qui altero loco egregie succurrit. atque doctum hominem eum fuisse, qui complures libros inter se contulit, ac non mercennarium quemlibet librarium ipsa re patet. contra interpolatae recensionis satis multa in ipso Sangallensi vestigia inveniuntur; e quibus pauca atque ea gravissima adnoto:

Theb. I 215 *quoad usque*. idem legitur in **Q** Gudiano 52 aliis.

Theb. I 440 *inire* quam foedissimam interpolationem etiam in aliis deterrimae notae libris exstare e Mülleri ad hunc locum nota discimus.

Theb. I 571 *pubescentibus* iterum cum nonnullis e pessimis libris pro vera lectione *pubem incuntibus*. possum plura proferre vel ex primi libri conlatione a Wotkio edita: sufficiunt hi loci, ut qualis generis sit ille Sangallensis, cognoscatur. quem tantum abest, ut quidquam ad recensionem valere censeam, ut futuro Thebaidos editori abiciendum esse audacter confirmem.

quae cum ita sint, ceteris libris, quos neque e Puteaneo neque e Iuliani codice fluxisse pro explorato est, ita uti licebit, ut leves praestantissimi codicis errores emaculentur.

e quorum turba optimam, quantum equidem video, familiam elegimus codicum, de quibus supra egimus **QCK**. quorum lectiones in apparatu critico integras exhibuimus. e reliquis Kohlmannus quosdam addiderat: Trevirensem (**t**), Parisinum 8052 (**p**), Gudianum 52 (**G**), Helmstadiensem (**H**), Dommerichianum (nunc Gudianum 292, 2 **D**). quos nos prorsus abiecimus. nam aut omnium codicum lectiones adnotandas fuisse aut eorum tantum, quibus recensio nititur, mihi persuasum est. itaque cum omnes non possimus adferre, sarcinam supervacaneam nec nobis nec eis, qui forte legant, imponendam esse arbitrati sumus. nam quamquam laudabili studio post Kohlmannum e bybliothecarum tenebris libri recentiores protracti sunt, tamen tantum abest ut omnes Achilleidos codices innotuerint, ut de nostro quosdam addere possimus. id quod huius loci non esse puto. unum tamen cavendum est, si quis codicis ante non cogniti lectiones publici iuris faciat ne parum caute ceteris libris non adhibitis certas deteriorum codicum familias constitui posse arbitretur. nam ut unum proferam exemplum, codices Vaticanum 1663, Reginenses 1556 et 1708, Urbinatem 648, Ottobonianum 1475 a communi archetypo originem ducere demonstrari posse putavit Wotkius[1]) eo, quod in his libris versus Ach. II 68 sic cadit:

quid enim genialia foedera rumpi.

tamen in **QC** idem exstat, sed non tam Wotki, quam Kohlmanni culpa est, qui ut multis locis, ita hic parum accurate de **Q** rettulit. id quod mihi fere dubitationem movet de codicis **K** lectione.

nos igitur totam hanc farraginem, unde poetae verba nil lucrari certum est, negleximus pro huius editionis

1) Zeitschrift für österreichische Gymnasien XLII (1891) p. 200.

ratione. iam etsi codicum **QCK** ope hic illic errores manifestos codicis **P** corrigere licuit, tamen paucis locis — non tot quot editores vulgo putant — tamen ante communem omnium librorum fontem[1]) corruptelae inrepserunt. ubicumque vero Puteanei lectiones veritatis speciem prae se ferunt, eas servandas esse mihi persuasum est vel non perspecta interpolationis in ceteris libris ratione. plerisque autem locis minime dubitabis, cur difficiliorem et elegantiorem genuinae traditionis lectionem spreverint ei, qui poetam facilem intellectu reddere volebant.

iam postquam rationem, quam in textu constituendo sequendam esse censeo, breviter pro huius loci opportunitate exposui, pauca addo, quae non ab omni parte supervacanea esse arbitror. Achilleis enim post scholia in Thebaidem composita gravissima menda videtur contraxisse. nam uno loco genuinam lectionem cum Puteaneo servavere Thebaidos scholia.[2]) neque vero semper ambo carmina coniuncta fuisse inde certo efficitur, quod sunt auctores haud pauci qui Thebaidem probe noverunt, Achilleidis ne unum quidem locum laudaverunt. Achilleidos autem scholia, si in re lubrica necdum satis disquisita audeo iudicare, cum praeter verborum quasdam simplicissimas interpretationes nihil fere contineant, quod non item exstet in Servio, non una cum Thebaidos scholiis videntur orta esse.

auctores quod addidi, quatenus fieri potuit — neque enim quisquam hic viam aperuerat —, neminem moleste spero esse laturum. plures locos doctiores fortasse adnotare posse haud nescio, ego partim ex editionibus veteribus, partim de meo quae collegeram, malui quamvis

1) quo autem tempore Puteanei stirps a reliquorum digressa sit, altiore et propria quaestione opus est, quae huius praefationis modum vereor ne superet.

2) cf. adn. crit. ad Ach. I 344.

pauca non deesse, quam sine hoc adiumento editionem in publicum emitti.

iam vero cum ad finem pervenerimus, nihil restat nisi ut gratias agam eis viris doctis, quorum ope atque auxilia adiuta Achilleis nostra nunc prodit in lucem. quo in numero imprimis nomino eos qui bybliothecis Parisinae et Monacensi praesunt, quibus auctoribus codices Puteanum et Parisinum commode mihi licuit conferre; deinde Fridolfum Gustafsson, qui non solum de codice Vaticano quaerenti mihi benignissime rettulit, sed etiam de multis Achilleidos locis sententiam suam mecum communicavit. id unum doleo, quod inter Addenda tantummodo nonnulla ex eis proferri potuerunt, cum textus iam prelo esset traditus. quod cum Ludovico Traube saepius de rebus palaeographicis colloqui licuit, summo mihi emolumento fuisse grato animo profiteor. deinde Fridericus Vollmer egregia qua est comitate plagulas meas inspexit nec non multa ex uberrimo doctrinae suae fonte adspersit. praeter eum in operarum erroribus emaculandis strenuus adiutor fuit amicus Georgius Lehnert. summas vero iterum gratias ago atque habeo Mauritio Krohn, qui non solum hoc subiit munus, sed etiam cum vere huius anni, ille ut ab officii, ego ut a militiae laboribus recrearemur, carmen nitidissimum communi tractaremus lectione, de multis locis amoenissimis conloquiis mecum disputavit.

Scripsi Monachi mense Augusto anni MCMI.

Alfredus Klotz.

appendix I.

de Stati Achilleide praeter editiones hae mihi innotuere commentationes, quas in apparatu critico auctoris nomine addito anno laudavi:

F. A. Menke, observationes criticae in Statii Achilleida. Gottingae 1814.

O. Müller, quaestiones Statianae. progr. Berolini 1861.

Ae. Nauke, observationes criticae et grammaticae in Publium Papinium Statium. diss. Vratislaviae 1863.

O. Müller, mus. Rhen. vol. XVIII (1863) p. 189 sq.

H. A. Koch, coniectaneorum in poetas Latinos pars altera. progr. Francofurti ad Viadr. 1865.

Ph. Kohlmann, Philol. vol. XXXIV (1876) p. 569 sq.

H. Koestlin, Philol. vol. XXXV (1876) p. 532.

idem, Philol. vol. XXXVII (1877) p. 289.

H. Blümner, Königsberger wiss. Monatsblätter VI (1878) p. 156.

C. E. Sandstroem, studia critica in Papinium Statium. Upsaliae 1878.

Ae. Baehrens, Bursiani annal. vol. X (1879) p. 52 sq.

R. Bitschofsky, Fleckeisensi annal. vol. CXXI (1880) p. 499.

idem, de C. Sollii Apollinaris Sidonii studiis Statianis. Vindobonae 1881.

O. Müller, Electa Statiana. progr. Berolini 1882.

C. Schenkl, stud. Vindob. vol. IV (1882) p. 99 sq.

L. Havet, rev. de philol. VI (1882) p. 178.
idem, rev. de philol. VII (1883) p. 102.
H. Deiter, Philol. vol. XLIII (1884) p. 404.
M. C. P. Schmidt, Woch. f. Philol. IV (1885) p. 1099.
U. de Wilamowitz, de tribus carminibus Latinis. ind. lect. Gottingae 1893.
F. Vollmer, mus. Rhen. vol. LI (1896) p. 27 sq.
H. Deiter, Philol. LVII (1898) p. 343.
F. Gustafsson, Festschrift für Vahlen (1900) p. 493 sq.
A. Klotz, Archiv für Lexicographie XII (1900) p. 124.
de nonnullis locis ipse propediem in Philologo agam.

appendix II.

notarum index.

P = codex Parisinus 8051 (Puteaneus) saec. IX.
P^1 = ipsius librarii manus.
P^c = corrector aequalis.
P^r = correctores recentiores.
Q = codex Parisinus 10317 saec. X.
Q^1 = ipsius librarii manus.
Q^2 = corrector (in supplementis **q**).
C = codex Bruxellensis 5338 saec XI.
C^1 = ipsius librarii manus.
C^2 = (in supplementis **c**), **C**^{3}, **C**^{4} correctores.
K = codex Gudianus 54 saec. XI.
K^2 = corrector (in supplementis **k**).
ω = consensus codicum **QCK**.
E = codex Etonensis bl. 6, 5 saec. XI.

Addenda et Corrigenda.

ad p. **5** v. 13 *mille carinis* cf. e. g. VERG. Aen. IX 148.

ad p. **13** v. 194 *iuncto* coniecit Gustafssonus pro *victo.*

ad p. **14** v. 204 *artas* defendi posse adnotat idem. Thetidi e loco superiore terras intuenti artae h. e. in angustum spatium confertae videntur insulae. aliter res se habet v. 530.

ad p. **15** v. 239 coniecit *segnior et* pro *Et senior,* eleganter quidem, sed non necessario, si quid video. *aquis* enim cum *ingemit* coniungendum videtur nec *senior* constans Fluviorum epitheton removendum.

p. **16** in adnotatione notam quae ad v. 242 pertinet, errore ad v. 243 relata est.

ad p. **17** v. 276 *exordia manant indolis effrenae. tumidum* eqs. proposuit Gustafssonus. qua interpunctione accepta velim meam coniecturam *manant* in textum recipi. idem error in **P** Theb. II 674.

ad p. **30** v. 527 *audes* malit Gustafssonus.

ad p. **32** v. 556 addas exemplum Vergilianum Aen. VII 700 *cum sese e pastu referant* (cycni).

ad p. **41** v. 753 *more* coniecit Gustafssonus.

ad p. **44** v. 810 *sors* idem commendat e Vaticano 3281. at *fors* intellego fortunam.

ad p. **54** v. 24 *confessumque* cum deterioribus libris scribi iubet Gustafssonus. neque tamen mihi persuasit, item quod v. 36 *ullis* recipi vult.

ad p. **57** v. 93 addas egregiam Gustafssoni conieturam *his* ⟨*sua*⟩ *primum arma ostendisse lacertis.*

p. **VI** v. 4 legas *antistaret.*

p. **IX** v. 2 etiam *-ti* erectis litteris excudendum fuit.

p. **XXIV** v. 25 legas *49*^{b} pro *496.*

postquam iam absolutum est opus, quaedam menda operarum, non mea culpa in libellum inrepsere, e. g. p. **V** compluries in interpunctionibus peccatum est, p. **47** v. 861 monstrum *dversao* pro *adverso* legi doleo. pro quibus opificum nomine veniam rogo.

P. PAPINI STATI

ACHILLEIDOS

LIBRI II.

P. PAPINI STATI

ACHILLEIDOS

LIBER I.

Magnanimum Aeaciden formidatamque Tonanti
progeniem et patrio vetitam succedere caelo,
diva, refer. quamquam acta viri multum inclita cantu
Maeonio, sed plura vacant: nos ire per omnem
— sic amor est — heroa velis Scyroque latentem
Dulichia proferre tuba nec in Hectore tracto
sistere, sed tota iuvenem deducere Troia.
tu modo, si veterem digno deplevimus haustu,

Testimonia: 1 Ps. Serg. gramm. IV 537, 8 *propter 'avonomicum'* Aeacides id est Achilles, Aeaci nepos . . Statius sic: 'magnanimum Aeaciden formidatamque Tonanti progeniem'. 3 Schol. Stat. Ach. 1, 6 unde superius: 'cantu Maeonio, sed plura vacant (vocant **M**)'.

Exempla: 2 *cf.* Verg. georg. IV 227 succedere caelo.

STA · POETAE THE | BAIδORUϹ · LIBRI · XII · | ЄXPLICIVNT※ | INCIP̄· ACHILL̄ · LIB̄ · PRI(Ⅴ); **P**: STACII · PAMPINII · SVRSVLI · LIBER | PRIMVS ACHILLEIDOS INCIPIT **Q** *rubr.*: EXPLICIT LIB · XII · THEBAIDOS INCIPIT P. PAPINI STATII ACHILLEIDOS LIB. I **K**: STATII PAPINII SVRSVLI ACHILLEIDOS LIBER | PRIMVS INCIPIT **C** *rubr.*: *nullus titulus in* **E**

2 cęlo *om.* **P**[1]: *add.* **P**[c] 3 multum (*ex* -a **Q**): multa *Otto Müller 1882 p. 13*; *at* plura *v. 4 idem valet quod complura* 4 vocant **Q** 6 Du^rⁱcıa (*fuit* -l-; -r- *add.* **P**[r]) **P** 8 veterem **PE**: veteres **KC**[3]: vere (*fuit* vereſ) **Q**: vere **C**[1] deplevimus (-p- *ex* -f- **P**[1]): deflevimus **C**

da fontes mihi, Phoebe, novos ac fronde secunda
necte comas: neque enim Aonium nemus advena pulso
nec mea nunc primis augescunt tempora vittis.
scit Dircaeus ager meque inter prisca parentum
nomina cumque suo numerant Amphione Thebae.
at tu, quem longe primum stupet Itala virtus
Graiaque, cui geminae florent vatumque ducumque
certatim laurus — olim dolet altera vinci —,
da veniam ac trepidum patere hoc sudare parumper
pulvere. te longo necdum fidente paratu
molimur magnusque tibi praeludit Achilles.
solverat Oebalio classem de litore pastor
Dardanus incautas blande populatus Amyclas
plenaque materni referens praesagia somni
culpatum relegebat iter, qua condita ponto
fluctibus invisis iam Nereis imperat Helle:
cum Thetis Idaeos — heu numquam vana parentum
auguria! — expavit vitreo sub gurgite remos.
nec mora, et undosis turba comitante sororum
prosiluit thalamis: fervent coeuntia Phrixi

Testimonia: 20 Gramm. IV 565, 29 de qua (*sc. Helena*) sic Statius: 'solverat ⟨O⟩ebalio classem de litore pastor Dardanus incautas blande populatus Amiclas.'

Exempla: 10 *cf.* silv. V 2, 18 nec . . . penetrale senatus advena pulsasti. V 3, 209 vocales lucos . . pulsantem. Prop. III 3, 42 Aonium . . nemus.

---

10 pulso *om.* **P** *addita nota* ∴ 11 augescunt (albescunt **C**[3]) 14 longe primum (-us **P**) **PQK**: primum longe **C** 15 ducemque **P** 17 sudare **QCE**: suadere **P**: su▒dere K: sordere *Baehrens* 18 paratu▒ (-m *eras.*) **P** 21 blande populatus: clam depopulatus *Menkius 1814 p. 5, falso* 22 somni: somnii *intellegit Menkius 1814 p. 13* 25 idaeis **P** 27 sororum **PQK**: suorū **C**

litora et angustum dominas non explicat aequor —
illa discusso primum subit aera ponto —:
'me petit haec, mihi classis' ait, 'funesta minatur,
agnosco monitus et Protea vera locutum.
ecce novam Priamo facibus de puppe levatis
fert Bellona nurum: video iam mille carinis
Ionium Aegaeumque premi; nec sufficit, omnis
quod plaga Graiugenum tumidis coniurat Atridis:
iam pelago terrisque meus quaeretur Achilles.
et volet ipse sequi. quid enim cunabula parvo
Pelion et torvi commisimus antra magistri?
illic, nil fallor, Lapitharum proelia ludit
inprobus et patria iam se metitur in hasta.
o dolor, o seri materno in corde timores!
non potui infelix, cum primum gurgite nostro
Rhoeteae cecidere trabes, attollere magnum
aequor et incesti praedonis vela profunda
tempestate sequi cunctasque inferre sorores?
nunc quoque —, sed tardum, iam plena iniuria raptae.
ibo tamen pelagique deos dextramque secundi,
quod superest, complexa Iovis per Tethyos annos
grandaevumque patrem supplex miseranda rogabo
unam hiemem.' dixit magnumque in tempore regem
aspicit. Oceano veniebat ab hospite, mensis

Exempla: 33 *cf.* Ov. met. XII 4 tumidoque nihil iuratus Atridae. 36 *cf.* silv. III 2, 98 52 *cf.* silv. IV 2, 53 *sq.*

30 illa **P**: illa ubi *ω* 31 Me petit **PQKC²**: Torpuit **C¹** 32 prothea **PQC** vana (er.) **Q¹** 39 comissimus **P** *cf. v. 385* 40 nil **P**: ni *ω* 43 primum in gurgite **C** 43 Non *i. q. nonne esse monuit Menkius* 44 Rho&ea **P**: Retheę **C²**: Hętheę **C¹** 51 tempore (pectore **Q**) regem *ω*: rege⸗ (*fuit* ſ) **P**

laetus et aequoreo diffusus nectare vultus —
unde hiemes ventique silent cantuque quieto
armigeri Tritones eunt scopulosaque cete
Tyrrhenique greges circumque infraque rotantur
rege salutato; placidis ipse arduus undis
eminet et triplici telo iubet ire iugales.
illi spumiferos glomerant a pectore cursus,
pone natant delentque pedum vestigia cauda —,
cum Thetis: 'o magni genitor rectorque profundi,
aspicis in qualis miserum patefeceris usus
aequor? eunt tutis terrarum crimina velis,
ex quo iura freti maiestatemque repostam
rupit Iasonia puppis Pagasaea rapina.
en aliud furto scelus et spolia hospita portans
navigat iniustae temerarius arbiter Idae,
eheu quos gemitus terris caeloque daturus,
quos mihi! sic Phrygiae pensamus gaudia palmae,
hi Veneris mores, hoc gratae munus alumnae?
has saltem — num semideos nostrumque reportant

Exempla: 55 *cf.* Verg. Aen. V 822 *sq.* Hom. *N* 27 *sq.* 59 *cf.* Theb. II 46 *sq.* Verg. georg. III 117 gressus glomerare superbos 60 Verg. georg. III 59 vestigia cauda 61 *cf.* Ov. met. XI 202 65 Ov. met. VII 1 Pagasaea puppe *cf.* Val. Fl. I 422. 71 *cf.* Theb. III 518.

---

53 aequoreo: aequoreos *Kochius 1865 p. 13* 54 unde: undae *Vollmer* hiemes **PK**: hilares **QC** 55 Armigeri$\overset{s}{}$ **P**

56 Thyrrheniq. **P** 58 iuvet **P** 59 glomer ante$\overset{s}{}$ (*pro* e^{s} *fuit* a) **Q** cursus **P**: fluctus **QKC** (*sed* fluct- **C**^{2} *in ras.*) *a pectore currunt cete, pone natant* 60 cauda: caudae *sec. Weitinghium ad Hom. lat. p. 34 Hauptius, at cf. O. Müller 1863 p. 189* 62 quales **QC** 65 r$\overset{a}{}$pina (a *add.* **C**^{2}) **C** 68 caeloq. **P**: pelagoque **QKC** 69 gaudia **P**: praemia **QKC** 71 num **PC**: nunc **Q**: n̄ **K**: numi **E**

Thesea? —, si quis adhuc undis honor, obrue puppes,
haut permitte fretum! nulla inclementia: fas sit
pro nato timuisse mihi. da pellere luctus,
nec tibi de tantis placeat me fluctibus unam
litus et Iliaci scopulos habitare sepulcri.'
orabat laniata genas et pectore nudo
caeruleis obstabat equis. sed rector aquarum
invitat curru dictisque ita mulcet amicis:
'ne pete Dardaniam frustra, Theti, mergere classem:
fata vetant, ratus ordo deis miscere cruentas
Europamque Asiamque manus, consultaque belli
Iuppiter et tristes edixit caedibus annos.
quem tu illic natum Sigeo in pulvere, quanta
aspicies victrix Phrygiarum funera matrum,
cum tuus Aeacides tepido modo sanguine Teucros
undabit campos, modo crassa exire vetabit
flumina et Hectoreo tardabit funere currus

Exempla: Verg. Aen. XII 606 et roseas laniata genas 79 Theb. III 294 dictisque ita mulcet amicis. Verg. Aen. II 147 dictisque ita fatur amicis (VIII 126).

72 undis honos **QC**: honor undis **E** 73 Haut **P**: Aut ω; haut permitte fretum *scil. puppibus* 74 da pellere luctus **P**: da tollere fluctus ω *cf. v. 92* 75 de tantis: detentis *Brandesius 1885 p. 582* fluctibus unam **P**: fluctibus unum ω: fletibus udam *Otto Mueller 1863 p. 189*: tractibus unum *Schrader*: neptibus unam *Baehrens 1879 p. 53*: fluctibus imum *Havetus 1883 p. 102, Brandesius l. l.* 76 iliacis oculos **P** sepulchri **PQC** 77 genas **PKC**: comas $\mathbf{Q}^2$ *in ras.* (*suberat g. . . .*) 78 equis **PQKC**^{1}: aquis $\mathbf{C}^2$ sed **P**: tunc ω rector **P**Σ^1: ductor ω 81 vetant (*fort.* ver- **P**) deis: dies (e *adras.*) **Q** 82 Europamque asiamque **P**: Europaeque asiaeque **KC**: Europae atque asiaeque **Q**: Europen Asiamque *Menkius, sed cf. e. g.* Verg. Aen. X 91 belli **P**: bella ω 83 edixit tristes **K** 84 natum in Sigeo *Lachmannus ad Lucr. III 374* 85 funera: vulnera *Wakefieldius* 86 tepido **P**: trepidos **QKC**^{1}: tepidos $\mathbf{C}^2$ teucros **P**: teucro ω 87 Undavit **P** 88 tardavit **P**Σ^1 funere **P**ω: pondere Σ^1

impelletque manu nostros, opera inrita, muros!
Pelea iam desiste queri thalamosque minores:
crederis peperisse Iovi; nec inulta dolebis
cognatisque utere fretis: dabo tollere fluctus,
cum reduces Danai nocturnaque signa Caphereus
exseret et dirum pariter quaeremus Ulixen.'
dixerat. illa gravi vultum demissa repulsa,
quae iam excire fretum et ratibus bellare parabat
Iliacis, alios animo commenta paratus,
tristis ad Haemonias detorquet brachia terras.
ter conata manu, liquidum ter gressibus aequor
reppulit et niveas feriunt vada Thessala plantas.
laetantur montes et conubialia pandunt
antra sinus lateque deae Sperchios abundat
obvius et dulci vestigia circuit unda.
illa nihil gavisa locis, sed coepta fatigat
pectore consilia et sollers pietate magistra

Testimonia: 93 Schol. Stat, Theb. IX 307 ut ipse in Achilleidos: 'nocturnaque ⟨signa⟩ Caphareus exeret (*corr. in* exercet **M**) et dirum pariter quaeremus Ulixen'. 101 [Serv.] Verg. Aen. I 73 (*add. in cod. Dresd.*) Statius quoque corripuit 'connubialia pandunt antra sinus'.

Exempla: 95 Verg. Aen. I 561 voltum demissa.

---

89 manu **ω**: manus **P** 91 Crederis (*sicut coniecerant Menkius p. 19 et Naukius 1863 p. 12*) **P**: Crederis **K**: Credideris **QCΣ**^{1} 92 Cognatisque **P**: Cognatis **ω** 93 caphereus **PQKΣ**^{1}: caph^{e}reus (^{e} *add.* **C**^{2}) **C** 94 ulixen Schol. Stat. **P**: ulixem **ω** 96 Quae iam (*ex* Qua&am **P**^{1}) 97 animo **P**: iterum **ω**: animi *Otto Müller 1882 p. 13* 98 terras **ω**: terra **P** 102 sperchios **Pω Σ**^{1}: Spercheos *cum Menkio p. 15 Kohlmannus cf.* 628 sperchie, II 145 sperchios **P**, sperchio silv. III 4, 85 **M**, *at* Ach. I 239 spercheos **P**, Theb. IV 838 *item* obundat *Havetus 1882 p. 178*

longaevum Chirona petit. domus ardua montem
perforat et longo suspendit Pelion arcu;
pars exhausta manu, partem sua ruperat aetas.
signa tamen divumque tori et quem quisque sacravit
accubitu genioque locum monstrantur: at intra
Centauri stabula alta patent, non aequa nefandis
fratribus. hic hominum nullos experta cruores
spicula nec truncae bellis genialibus orni
aut consanguineos fracti crateres in hostes,
sed pharetrae insontes et inania terga ferarum.
haec quoque dum viridis; nam tunc labor unus inermi
nosse salutiferas dubiis animantibus herbas,
aut monstrare lyra veteres heroas alumno.
et tunc venatu rediturum in limine primo
opperiens properatque dapes largoque serenat
igne domum: cum visa procul de litore surgens

Testimonia: 107 Schol. Stat. Theb. X 83 ut ipse alibi 'et longo suspendit Pelion arcu'. 109 Prisc. gramm. II 473, 18 (*propter supinum* accubitum) Statius in I Achilleidos 'quem quisque sacrasset accubitu genioque locum'.

Exempla: 106 *cf.* silv. I 1, 7. 107 Theb. X 83 *Iris* longo suspenditur arcu. 111 *cf.* Verg. Aen. VI 286 Centauri in foribus stabulant. 114 *cf.* Verg. georg. II 455 *sq.* Ov. met. XII 242 *sq.* 119 Theb. II 314 in limine primo.

---

106 *et* 107 *om.* **K** 108 rupera a&as **P** 109 Signaț **P** (*del.* $\mathbf{P}^1$) sacravit **P**: sacrarat **ω**: sacrasset Prisc.: sacrarit *cum Menkio p. 25 Kohlmannus.* (sacrarint *postea Menkius*). *tunc vero cum Hertzio* (*ad Prisc. l. l.*) locus *scribendum. at est enuntiatum relativum.* 110 locu⟦⟧ monstra⟦⟧tur (*fuit* -um *et* -ntur) **Q**: locus monstrantur **C**: loci monstrantur *Menkius* 113 genialibus (*h. e. quae in nuptiis facta sunt*): gentilibus *Baehrens 1879 p. 53* 114 ⟦⟧rateres (*fuit* g-) **P** 116 dum viridis **PQC**: tum iuvenis **K** tunc: nunc *cum Gudiano 52 Gronovius* 121 surgens **PE**: mater **ω** *cf. Kohlmannus 1876 p. 570*

Nereis; erumpit silvis — dant gaudia vires —
notaque desueto crepuit senis ungula campo.
tunc blandus dextra atque imos demissus in armos
pauperibus tectis inducit et admonet antri.
iamdudum tacito lustrat Thetis omnia visu
nec perpessa moras: 'ubinam mea pignora, Chiron,
dic' ait, 'aut cur ulla puer iam tempora ducit
te sine? non merito trepidus sopor atraque matri
signa deum et magnos utinam mentita timores?
namque modo infensos utero mihi contuor enses,
nunc planctu livere manus, modo in ubera saevas
ire feras; saepe ipsa — nefas! — sub inania natum
Tartara et ad Stygios iterum fero mergere fontes.
hos abolere metus magici iubet ordine sacri
Carpathius vates puerumque sub axe peracto

Testimonia: 131 Prisc. gramm. II 444, 12 'tueor, tuēris' et 'tuor, tuĕris'. Statius in I Achilleidos 'namque modo infensos utero mihi contuor enses'. Evtych. gramm. V 465, 2 (*item de* tueor *et* tuor) idem etiam aliud ab eo compositum in VIII (VII *cod. Paris.*) libro Thebaidos extulit, contuor, ut 'namque modo infensos utero mihi contuor enses.

Exempla: 123 *cf. Vollmer ad* silv. V 3, 55.

---

122 *interpunctionem quam Baehrens commendavit iam exhibet e. g.* **Q** 123 Notaque **P**: Motaque ω *probatum Gronovio Diatribes p. 510* campo **PQKC**^{2}: callo **C**^{1} 124 Tunc: Nunc **C** demissus **P**: summissus ω 125 admonet antri **P**: admovet antris ω 127 chiro **P** 128 Dic: Sunt **C** 129 non (*h. e. nonne*) merito **PQ**: num merito **C**: nū īnmerito **K** 131 Iamque **PQKC**^{2}: Namque **C**^{1} infensos Prisc. Evtych. **QK**: infessos **P** (*cf. v. 245*): immensos **C**: infestos *ex Monac. Gustafssonus 1900 p. 494. intellege* mihi infensos in utero contuor enses 132 libere **P** 134 ad *om.* **P** *sine lac.* 135 magici ω: magni **P** iuvet **P** 136 Carpṫhius **P** vatis **Q** peracto (*h. e. occidentali*) **P**: probato ω

secretis lustrare fretis, ubi litora summa
Oceani et genitor tepet inlabentibus astris
Pontus. ibi ignotis horrenda piacula divis
donaque — sed longum cuncta enumerare vetorque;
trade magis!' sic ficta parens: neque enim ille dedisset,
si molles habitus et tegmina foeda fateri
ausa seni. tunc ipse refert: 'duc, optima, quaeso,
duc genetrix humilique deos infringe precatu.
nam superant tua vota modum placandaque multum
invidia est. non addo metum, sed vera fatebor:
nescio quid magnum — nec me patria omina fallunt —
vis festina parat tenuesque supervenit annos.
olim et ferre minas avideque audire solebat
imperia et nostris procul haut discedere ab antris:
nunc illum non Ossa capit, non Pelion ingens
Pharsaliaeve nives. ipsi mihi saepe queruntur
Centauri raptasque domos abstractaque coram
armenta et semet campis fluviisque fugari:
insidiasque et bella parant tumideque minantur.
olim equidem Argoos pinus cum Thessala reges

Exempla: 151 Verg. Aen. IX 644 nec te Troia capit.

137 Secretis **PKQC**^{2}: Dircetis **C**^{1} 138 austris **Q**^{2} *in ras.* 139 ibi **P**: ubi ω; *distinxi cum Vollmero* 141 ficta **P**: fata ω 143 ipse **P**: ille ω 144 humilesque **C** 145 Nam: non *Havetus 1882 p. 178. sed Thetidis vota maiora esse quam ceterorum dicit Chiron* 147 nescia **Q** paria **Q** 148 tenuesque (-isque **Q** *ante corr.* **C**): tenerosque *vulgo. at tenues anni et ei sunt qui nondum conroborati sunt et ei qui roboris tempus praeterierunt* 149 et ferre ω: efferre **P** avideque audire **P**: et obire audita **QKC**^{2}: *om.* **C**^{1} 150 descedere **P** 152 Pharsaliaeve **P**: Thessaliaeve ω: Pharsalive *Baehrens parum apte, terram enim requirimus, legamus ergo* -iaeve 154 fluvisque **P** *cf. v. 279* 155 tumideque *Kohlmannus*: timideque **P**: tumidique ω 156 Argoos (*h. e. Argonautas*): Argolicos *Heinsius*: Argivos *Baehrens* -ssala reges *in ras.* **P**^{c}

hac veheret, iuvenem Alciden et Thesea vidi —
sed taceo.' figit gelidus Nereida pallor:
ille aderat multo sudore et pulvere maior,
et tamen arma inter festinatosque labores
dulcis adhuc visu: niveo natat ignis in ore
purpureus fulvoque nitet coma gratior auro.
necdum prima nova lanugine vertitur aetas,
tranquillaeque faces oculis et plurima vultu
mater inest: qualis Lycia venator Apollo
cum redit et saevis permutat plectra pharetris.
forte et laetus adest — o quantum gaudia formae
adiciunt! —: fetam Pholoes sub rupe leaenam
perculerat ferro vacuisque reliquerat antris
ipsam, sed catulos adportat et incitat ungues.
quos tamen, ut fido genetrix in limine visa est,
abicit exceptamque avidis circumligat ulnis,
iam gravis amplexu iamque aequus vertice matri.
insequitur magno iam tunc conexus amore
Patroclus tantisque extenditur aemulus actis,
par studiis aevique modis, sed robore longe,
et tamen aequali visurus Pergama fato.
protinus ille subit rapido quae proxima saltu
flumina fumantesque genas crinemque novatur

---

157 *versum a* **P**^{1} *omissum in ima mg. add.* **P**^{c}. *aberraverat librarius a* Thessala *ad* Thesea Adveheret **C** 160 Attamen **C** 162 Porpureus **P** 166 Dum **C** 174 tunc: nunc *Queckius* iam tunc magno **C** 175 extenditur: accenditur *Bernartius* 176 modis: animis *Baehrens 1879 p. 54* sed: nec *Sandstroemius 1878 p. 39* robore: robora *Schrader, cf. Theb. X 638 XI 432* 177 tamen: tandem *Sandstroemius l. l.* Attamen **C**: Sed tamen (*sed* S; *in ras. perspicitur fuisse* -t) **Q** 179 fumantisque **C** crimenque **Q** novatur: novavit **C**^{2}

fontibus: Eurotae qualis vada Castor anhelo
intrat equo fessumque sui iubar excitat astri.
miratur comitque senex, nunc pectora mulcens
nunc fortes umeros: angunt sua gaudia matrem.
tunc libare dapes Baccheaque munera Chiron
orat et attonitae varia oblectamina nectens
elicit extremo chelyn et solantia curas
fila movet leviterque expertas pollice chordas
dat puero. canit ille libens inmania laudum
semina: quot tumidae superarit iussa novercae
Amphitryoniades, crudum quo Bebryca caestu
obruerit Pollux, quanto circumdata nexu
ruperit Aegides Minoia bracchia tauri,
maternos in fine toros superisque gravatum
Pelion: hic victo risit Thetis anxia vultu.
nox trahit in somnos, saxo conlabitur ingens
Centaurus blandusque umeris se innectit Achilles,
quamquam ibi fida parens, adsuetaque pectora mavult.
at Thetis undisonis per noctem in rupibus astans,
quae nato secreta velit, quibus abdere terris
destinet, huc illuc divisa mente volutat.

Exempla: 200 VERG. Aen. IV 285 (= VIII 20) animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc.

180 vada **ω**: vaga **P** 181 fessumque **ω**: fessusque **P** 185 attonitae varia obiectamina (oblectamina *Gronovius*) **P**: attonitam vario oblectamine **ω** nectens **PK**: mulcens **QC**^{3} *in ras.* 187 cordas **P** 189 quot *Kohlmannus* (*cf. 490*): quod **PC**: quo (*eras.* d?) **Q**: q^{u}ę **K** superaret **Q** 190 Amphytrionides **Q** quo **K**: quod **PQC** 192 minoia **PΣ**^{1}: minoi **QC**: *idem vel* minoi **K** tari **P** 194 victo **QK**: huicto **P**: ficto *in ras.* **C**^{3} 196 se innectit **PK**: innectit **Q**: herebat **C**^{3} *in ras.* 198 undisonis **PQK**: undosis **C**: umbrosis *Gronovius* hastans **P** 199 addere (*cf. 529 sic etiam* **C**) telis **P** (*quod de tela descendere censet Vollmer*); *an* abdere caelis? 200 Destinat **Q**

proxima, sed studiis multum Mavortia Thrace;
nec Macetum gens dura placet laudumque daturi
Cecropidae stimulos, nimium opportuna carinis
Sestos Abydenique sinus: placet ire per altas
Cycladas. hic spretae Myconosque humilisque Seriphos
et Lemnos non aequa viris atque hospita Delos
gentibus. inbelli nuper Lycomedis ab aula
virgineos coetus et litora persona ludo
audierat, duros laxantem Aegaeona nexus
missa sequi centumque dei numerare catenas.
haec placet, haec timidae tellus tutissima matri.
qualis vicino volucris iam sedula partu
iamque timens, qua fronde domum suspendat inanem,
providet hic ventos, hic anxia cogitat angues,
hic homines: tandem dubiae placet umbra, novisque
vix stetit in ramis et protinus arbor amatur.
altera consilio superest tristemque fatigat
cura deam, natum ipsa sinu conplexa per undas
an magno Tritone ferat, ventosne volucres
advocet an pelago solitam Thaumantida pasci.
elicit inde fretis et murice frenat acuto

Exempla: 201 *cf.* Verg. Aen. I 14 studiisque asperrima belli.

---

201 sed **PQK**^{1}**C**: nec **K**^{2} *Baehrens 1879 p. 54; at supplendum: proxima quidem est sed studiis m. M. Thr.* 202 *ex* macetum -dum *effecit* **Q**^{2} laudumque: -ve *Baehrens l. l.* 204 altas ω: artas **P** *cf. v. 530* 205 hic: his **Q** myconosque **PKC**: myconos▒ **Q** (*eras.* -q;) 206 atque inhospita **Q** 212 volucris ω: -es **P** 213 suspendat ω: -it **P** 214 hic . . . hic **PK**^{1}**Q**: hinc . . . hinc **K**^{2}**C** 215 Hic **P**: Hi^{n}c **KQ**: Hinc **C** protinos **Q** *post* 216 *in cod. quodam Oldenburgensi exstat hic versus* Componitque nidos quibus ansia natos effovet (*voluit interpolator* quibus effovet anxia natos). 221 Elicit (*ex* -et **C**^{1}**Q**^{1})

delphinas biiugos, quos illi maxima Tethys
gurgite Atlanteo pelagi sub valle sonora
nutrierat; — nullis vada per Neptunia glaucae
tantus honos formae nandique potentia nec plus
pectoris humani — iubet hos subsistere pleno
litore, ne nudae noceant contagia terrae.
ipsa dehinc toto resolutum pectore Achillen,
qui pueris sopor, Haemonii de rupibus antri
ad placidas deportat aquas et iussa tacere
litora: monstrat iter totoque effulgurat orbe
Cynthia. prosequitur divam celeresque recursus
securus pelagi Chiron rotat udaque celat
lumina et abreptos subito iamiamque latentes
erecto prospectat equo, qua cana parumper
spumant signa fugae et liquido perit orbita ponto.
illum non alias rediturum ad Thessala Tempe
iam tristis Pholoe, iam nubilus ingemit Othrys
et senior Spercheos aquis speluncaque docti
muta senis; quaerunt puerilia carmina Fauni
et sperata diu plorant conubia Nymphae.
iam premit astra dies humilique ex aequore Titan

Exempla: 237 Ov. met. VII 222 Thessala Tempe. Hor. carm. I 7, 4.

222 biiugos **PE**: biiuges **QKC** thetis **Pω** 223 athlantaeo **P**: adlanteo **Q**: athlanteo **C** 224 Nutrigerat **P** *cf. v. 494* 226 iuvet **P** 227 noceant (doceant **C**^{2}) terrae **PQKC**^{2} (*vel* **C**^{3}): formae **C**^{1} 228 pectore: corpore *cum Wakefieldio Schenkelius 1882 p. 101* achillem *vel* -ē **ω** 229 pueri **K** 230 Ad **ω**: At **P** adportat **Q** 231 effulgurat **PCE**: effulgerat **KQ**^{1} (s *sscr.* **Q**^{3}) 233 rotat **P**: rogat **ω** *cf. Wilamowitzius 1893 p. 11*: notat *Schenkelius 1882 p. 100* 234 arreptos **C** 238 o⊢ryus (⊢ *add.* **Q**^{2}) **Q** 239 senior **P**: tenuis **ω** spercheos **PK**: sperchi≧os **C**: sperchius **Q** 240 senis queritur: *Heinsius e codd.* 241 At **C**

rorantes evolvit equos et ab aethere magno
sublatum curru pelagus cadit, at vada mater
Scyria iamdudum fluctus emensa tenebat,
exierantque iugo fessi delphines erili:
cum pueri tremefacta quies oculique patentes
infusum sensere diem. stupet aere primo,
quae loca, qui fluctus, ubi Pelion? omnia versa
atque ignota videt dubitatque agnoscere matrem.
occupat illa manu blandeque adfata paventem:
'si mihi, care puer, thalamos sors aequa tulisset,
quos dabat, aetheriis ego te conplexa tenerem
sidus grande plagis, magnique puerpera caeli
nil humiles Parcas terrenaque fata vererer.
nunc inpar tibi, nate, genus, praeclusaque leti
tantum a matre via est; quin et metuenda propinquant
tempora et extremis admota pericula metis.
cedamus, paulumque animos submitte viriles
atque habitus dignare meos. si Lydia dura
pensa manu mollesque tulit Tirynthius hastas,
si decet aurata Bacchum vestigia palla
verrere, virgineos si Iuppiter induit artus,

Exempla: 251 *cf.* Hom. *A* 361 (*et alibi*) *χειρί τέ μιν κατέρεξεν ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν.* 260 *cf.* 582 Prop. III 11, 20.

---

243 humilique **P**: humilisque *ω* 244 at **QC**: ad **P**: ac *in ras.* **K** 245 emensa *ω*: emissa **P** *cf. v. 131* 247 patentes **PE** (*quod etiam e Monac. commendavit Gustafssonus 1900 p. 494*): iacentes **QK**: iacentis **C**: paventes *Baehrens* 249 fluctus *in ras.* **P**^{1} versa **P**: versat *ω* 252 tulisset **P** dedisset *ω* 255 Nihil **P** 257 a matre **PE**: matre *ω* quin et **PQK**: cui nunc **C** 260 habitus *ω*: avitus **P** sic **C**^{2} diva **C**^{1} (*t* dura **C**^{3}) 263 arcus **P**

nec magnum ambigui fregerunt Caenea sexus:
has sine, quaeso, minas nubemque exire malignam.
mox iterum campos, iterum Centaurica reddam
lustra tibi: per ego hoc decus et ventura iuventae
gaudia, si terras humilemque experta maritum
te propter, si progenitum Stygos amne severo
armavi — totumque utinam! —, cape tuta parumper
tegmina nil nocitura animo. cur ora reducis
quidve parant oculi? pudet hoc mitescere cultu?
per te, care puer, cognata per aequora iuro,
nesciet hoc Chiron.' sic horrida pectora tractat
nequiquam mulcens; obstat genitorque roganti
nutritorque ingens et cruda exordia magnae
indolis. effrenae tumidum velut igne iuventae
si quis equum primis submittere temptet habenis:
ille diu campis fluviisque et honore superbo
gavisus non colla iugo, non aspera praebet
ora lupis dominique fremit captivus inire
imperia atque alios miratur discere cursus.

Testimonia: 269 [Serv.] Verg. Aen. VI 57 (*add. in cod. Dresd.*) unde Statius 'si te Stygos amne severo armavi totumque utinam!'

Exempla: 267 Verg. Aen. IV 314 per ego has lacrimas *eqs.* 271 Theb. IV 494 ora reducentem.

---

264 cenaea **P** 265 Has (*in ras.* C^3) ω: Hae **P** nubemque . . . malignam **P**: numenque (-u- C^2 *in ras.*) . . . malignum ω 267 Lusta **P** iubente **P** 271 nihil **P** reduces **P** 274 hęc (ę *in ras.* Q^1) **QC** 276 magnae ω: manent **P**; *an* manant? 277 Indo▒lis (*videtur erasum esse* ci) **P** 278 temp& **P** 279 fluvisque **P**: fluviis **C** 281 fremit **P**: gemit **QK**: negat **C**

quis deus attonitae fraudes astumque parenti
contulit? indocilem quae mens detraxit Achillem?
Palladi litoreae celebrabat Scyros honorum
forte diem, placidoque satae Lycomede sorores
luce sacra patriis, quae rara licentia, muris
exierant dare veris opes divaeque severas
fronde ligare comas et spargere floribus hastam.
omnibus eximium formae decus, omnibus idem
cultus et expleto teneri iam fine pudoris
virginitas matura toris annique tumentes.
sed quantum virides pelagi Venus addita Nymphas
obruit, aut umeris quantum Diana relinquit
Naidas: effulget tantum regina decori
Deidamia chori pulchrisque sororibus obstat.
illius et roseo flammatur purpura vultu
et gemmis lux maior inest et blandius aurum:
atque ipsi par forma deaest, si pectoris angues
ponat et exempta pacetur casside vultus.

Testimonia: 285 Prisc. gramm. II 327, 4 (*propter dativi* -i *correptum*) Statius in I Achilleidos 'Palladi litoreae celebrabat (litore accelebrabat *codd.*) Scyros honorem'.

Exempla: 290 silv. III 3, 113 decus eximium famae. 292 Verg. Aen. VII 53 iam matura viro, iam plenis nubilis annis. 293 *cf.* silv. I 2, 116 Hom. ζ 102 *sq.*

---

284 quae mens detraxit (contraxit **C**) Achillem: -que nimis correxit A. *Kochius 1865 p. 13*: quae res distraxit A. *Baehrens. at* mens *idem valet quod cogitatio* 285 celerabat **Q** scyros Prisc. **ω**: scyrus **P** honorem Prisc. 288 veris **ω**: versis **P** 289 comas ligare **P** 291 Vultus **C** expleta **Q** 292 animique **C** 293 nympha **P** *sine ras.* 296 Deidamea **P**: Deidimia **C** 299 deaest *Kohlmannus*: deest **P**: deae **ω** 300 pacetur **P** (*ut coni. D. Heinsius ad* Claud. Pros. II 147): placetur **ω** capside **P**

hanc ubi ducentem longe socia agmina vidit,
trux puer et nullo temeratus pectora motu
deriguit totisque novum bibit ossibus ignem.
nec latet haustus amor, sed fax vibrata medullis
in vultus atque ora redit lucemque genarum
tinguit et inpulsam tenui sudore pererrat.
lactea Massagetae veluti cum pocula fuscant
sanguine puniceo vel ebur corrumpitur ostro:
sic variis manifesta notis — palletque rubetque —
flamma repens. eat atque ultro ferus hospita sacra
dissiciat turbae securus et inmemor aevi,
ni pudor et iunctae teneat reverentia matris.
ut pater armenti quondam ductorque futurus,
cui nondum toto peraguntur cornua gyro,
cum sociam pastus niveo candore iuvencam
aspicit, ardescunt animi primusque per ora
spumat amor, spectant hilares obstantque magistri.
occupat arrepto iam conscia tempore mater:
'hasne inter simulare choros et bracchia ludo
nectere, nate, grave est? gelida quid tale sub Ossa
Peliacisque iugis? o si mihi iungere curas

Exempla: 304 *cf.* Verg. Aen. VIII 389 *sq.* 307 *cf.* Theb. II 84 308 Verg. Aen. XII 67 Indum sanguineo veluti violaverit ostro si quis ebur. *cf.* Hom. Δ 141 309 *cf.* Theb. I 537 321 *cf.* Verg. Aen. IV 328 *sq.*

---

301 mo vultu **P** (*utrumque* **P**^{1}) 303 Deriguit **CQ** (*ante corr.*): Diriguit **P** *cum reliquis* 304 latet (la *s. v. add.* **P**^{1}) 307 fuscant: fucant *D. Heinsius* 308 veluti (*e v. 307*) ebur **P** 309 *interpunctionem correxit Schenkelius 1882 p. 99* 310 repens **PC**^{1}**QK**: recens **C**^{3} 311 Dissiciat **PCK**: -eat **Q** 313 ductorque **P**: rectorque *ω* 315 Dum **C** pastu⸗ (*fuit* -ſ) **Q**: pastu **E** 316 ardescuntque animi **QC** 317 obstantque **P** (op-) **E**: optantque *ω* 319 Has **Q** 321 Peliacisve **C**

atque alium portare sinu contingat Achillen!'
mulcetur laetumque rubet visusque protervos
obliquat vestesque manu leviore repellit.
aspicit ambiguum genetrix cogique volentem
iniecitque sinus; tum colla rigentia mollit
submittitque graves umeros et fortia laxat
bracchia et inpexos certo domat ordine crines
ac sua dilecta cervice monilia transfert;
et picturato cohibens vestigia limbo
incessum motumque docet fandique pudorem.
qualiter artifici victurae pollice cerae
accipiunt formas ignemque manumque sequuntur:
talis erat divae natum mutantis imago.
nec luctata diu; superest nam plurimus illi
invita virtute decor, fallitque tuentes
ambiguus tenuique latens discrimine sexus.
procedunt, iterumque monens iterumque fatigans
blanda Thetis: 'sic ergo gradum, sic ora manusque,

Testimonia: 332 Prisc. gramm. II 340, 8 (*propter ablativum* artifici) Statius in I Achilleidos 'qualiter artifici victurae pollice cerae accipiunt formas'.

Exempla: 336 Hor. carm. II 5, 22 339 Verg. Aen. III 490 sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat. *cf.* Hom. δ 149

---

322 achillen **P**: -em ω 323 laetumque **KQC**: laetu▒que (*rasurae locus aptus litterae* m) **P**: letusque **E** visosque **P** 325 cogique *Heinsius*: cogitque volantē **K** 326 sinus **PKQ**: manus **C** tum **KQ** *Bentleius*: tunc **PC** recentia **P** 328 inpexos **PQCE**: imp▒exos (1 *eras.*) **K** donat **P** 330 pictorato **P** cohibens **PE**: cohibet ω 332 artificis **C** 333 ignemque: lignumque (*sc. quo formatur opus*) *Blümner 1878 p. 156*: digitumque *M. C. P. Schmidt 1885 p. 1099* sequntur **P**: sequentes **C** 336 Invita **P**: Invicta ω 338 iterumque monens iterumque fatigans **P**: iterumque monet iterumque fatigat ω

nate, feres comitesque modis imitabere fictis,
ne te suspectum molli non misceat aulae
rector et incepti pereant mendacia furti.'
dicit et admoto non distat comere tactu.
sic ubi virgineis Hecate lassata Therapnis
ad patrem fratremque redit, comes haeret eunti
mater et ipsa umeros exertaque bracchia velat;
ipsa arcum pharetrasque locat vestemque latentem
deducit sparsosque tumet conponere crines.

protinus adgreditur regem atque ibi testibus aris
'hanc tibi' ait, 'nostri germanam, rector, Achillis
— nonne vides, ut torva genas aequandaque fratri? —
tradimus: arma umeris arcumque animosa petebat
ferre et Amazonio conubia pellere ritu.
sed mihi curarum satis est pro stirpe virili:
haec calathos et sacra ferat, tu frange regendo
indocilem sexuque tene, dum nubilis aetas
solvendusque pudor; neve exercere protervas

Testimonia: 344 Schol. Stat. Theb. III 422 Therapnas: civitatis nomen est in Lycia (in Laconica *an* Lycio?) Apollini sacra nec a sororis eius religione dissentiens, ut ipse alibi 'Hecate laxata Therapnis'.

---

340 imitavere **P** 342 incerti **CQ** 343 distat **P**: cessat ω. *magis adridet Wilamowitzii (1893 p. 10) explicatio quam Vollmeri (1896 p. 31)* 344 therapnis Schol. Theb. III 422 (*sic correxit Mitscherlichius in edit. hymn. Hom. in Cer. p. 147*): therapinis **P**: pharetris ω 347 arcu pharetraque levat *Schrader, Kochius 1865 p. 13* vestemque latentem **P**: -esque -es ω: -esque fluentes *Kochius l. l. at recte Barthi scholiasta* intra genua et succinctas *explicat* latentes 348 tumet *Gronovius, Heinsius*: timet **PCE**: studet (*in ras. ex* tumet *vel* timet? **Q**) **KQ** 350 achillis **K**: achilles **P**: achilli **CQ** 351 cenas **P** 353 Ferre (e *finale s. v.* $\mathbf{P}^1$) 356 sexuque **PQE** (*ut coniecit Sandstroemius 1878 p. 39*): sexumque **K**: sensuque (ns *in ras.* $\mathbf{C}^4$) **C** 357 protervas ω: catervas **P**

gymnadas aut lustris nemorum concede vagari.
intus ale et similes inter seclude puellas;
litore praecipue portuque arcere memento.
vidisti modo vela Phrygum: iam mutua iura
fallere transmissae pelago didicere carinae.'
accedit dictis pater ingenioque parentis
occultum Aeaciden — quis divum fraudibus obstet? —
accipit; ultro etiam veneratur supplice dextra
et grates electus agit: nec turba piarum
Scyriadum cessat nimio defigere visu
virginis ora novae, quantum cervice comisque
emineat quantumque umeros ac pectora fundat.
dehinc sociare choros castisque accedere sacris
hortantur, ceduntque loco et contingere gaudent.
qualiter Idaliae volucres, ubi mollia frangunt
nubila, iam longum caeloque domoque gregatae,
si iunxit pinnas diversoque hospita tractu
venit avis, cunctae primum mirantur et horrent:
mox propius propiusque volant, atque aere in ipso
paulatim fecere suam plausuque secundo
circumeunt hilares et ad alta cubilia ducunt.

Testimonia: 372 Prisc. gramm. II 278, 3 (*propter vocabulum* grego) Statius in I Achilleidos 'qualiter Idaliae volucres, ubi mollia frangunt nubila, iam longum caeloque domoque gregatae'.

---

358 Cymnadas **P** concede (n *s. v. add.* P^1) 363 parentis **PKC**: patentes **Q** 367 Scyridum **Q** nimio ω: niveo **P** 369 fundit **C** 370 Dehĩc **P**: Dein ω**E** *et Otto Müller 1861 p. 13* 374 pennas **Q** diversoque: diverso quae *Menkius contra Stati usum* 376 propius *om.* **PK** 378 Circueunt **C**

digreditur multum cunctata in limine mater,
dum repetit monitus arcanaque murmura figit
auribus et tacito dat verba novissima vultu.
tunc excepta freto longe cervice reflexa
abnatat et blandis adfatur litora votis:
'cara mihi tellus, magnae cui pignora curae
depositumque ingens timido commisimus astu,
sis felix taceasque, precor, quo more tacebat
Creta Rheae: te longus honos aeternaque cingent
templa nec instabili fama superabere Delo;
et ventis et sacra fretis interque vadosas
Cycladas, Aegaeae frangunt ubi saxa procellae,
Nereidum tranquilla domus iurandaque nautis
insula, ne solum Danaas admitte carinas,
ne, precor! hic thiasi tantum et nihil utile bellis,
— hoc famam narrare doce — dumque arma parantur
Dorica et alternum Mavors interfurit orbem,
— cedo equidem — sit virgo pii Lycomedis Achilles.'

Exempla: 381 *cf.* Lvcan. III 739 (*de moriente*) tacito tantum petit oscula vultu. 384 silv. III 2, 5 grande . . depositum. 388 *cf.* Ov. met. VI 191 instabilemque locum Delos dedit.

---

381 vultu **PE**: voto **ω**. *primus Schenkelius 1882 p. 100* vultu *Statio reddidit* 382 fretis **C** 385 comissimus **P** *cf. v. 39* 387 rehae **PQ**: reé **K**: reę **CE** honor **QC** cingant **Q** 388 superavere **P** *versum om.* **C**^{1}, *suppl.* **C**^{2} *in marg.* 389 Et **PKQ**: At **C** 390 Clicladas **P** frangunt: plangunt *Nic. Heinsius, at recte Kohlmannus contulit* II 104 391 domos **Q** nautis **ω**: noctis **P** 393 Ne precor **PQ**^{1}**K**: Deprecor **Q**^{2}**CE** thiasi *etiam* **Σ**^{1} *locum primus recte explicavit Schenkelius 1882 p. 100, postea alii* 394 famam: Fatuam *(!) Deiter 1884 p. 404. priorum commenta neglego sciens* 395 Docira **P** interserit (s *ex* f) **Q** 396 achillis **PQ**

interea meritos ultrix Europa dolores
dulcibus armorum furiis et supplice regum
conquestu flammata movet; quippe ambit Atrides
ille magis, cui nupta domi, facinusque relatu
asperat Iliacum: captam sine Marte, sine armis
progeniem caeli Spartaeque potentis alumnam,
iura fidem superos una calcata rapina.
hoc foedus Phrygium, haec geminae commercia terrae?
quid maneat populos, ubi tanta iniuria primos
degrassata duces? — coeunt gens omnis et aetas:
nec tantum exciti, bimari quos Isthmia vallo
claustra nec undisonae quos circuit umbo Maleae,
sed procul admotas Phrixi qua semita iungi
Europamque Asiamque vetat; quasque ordine gentes
litore Abydeno maris alligat unda superni.
fervet amor belli concussasque erigit urbes.
aera domat Temese, quatitur navalibus ora
Eubois, innumera resonant incude Mycenae,
Pisa novat currus, Nemee dat terga ferarum,

Exempla: 407 *cf.* Ov. met. VII 405 bimarem . . Isthmon. 411 *cf.* Theb. II 182 quas (*gentes*) Doricus alligat intus Isthmos.

397 ultrix ω: victrix **P** furores C^3 *in ras. huius versus initialem litteram duplici magnitudine exhibent* **CE**. *pessimi codices hoc versu tertium librum incohant.* 400 domo̊ **P** (*corr.* P^1) 403 una *om.* P^1: *s. l. add.* P^r 404 phryfiū fędus Q^2 *in ras. videtur erasum esse* foedus phrygium haec **PKQ**: et **C** turmę C^1 (terrę *corr.* C^2) 405 populos quae C^2 (ṫ i *et* ṫ ubi *sscr.* C^2) 407 istha P^1: mi *add. s. l.* P^r 408 undosę C^1 (undisonę *corr.* C^2) 409 admotas **PKQ**: ad mętas **C**: amotae *Gronovius*: amoti *Kohlmannus cum deterioribus quibusdam libris* 410 quas ordine **C** 412 conclusasque **P** 413 Aera domat temese (teumese **Q**) **PKQ**C^2: Aere sonant temesę C^1 *dett. at reperiuntur aera Temesae, non effinguntur; recte Menkius 1814 p. 17*

Cirrha sagittiferas certat stipare pharetras,
Lerna graves clipeos caesis vestire iuvencis.
dat bello pedites Aetolus et asper Acarnan,
Argos agit turmas, vacuantur pascua ditis
Arcadiae, frenat celeres Epiros alumnos,
Phocis et Aoniae iaculis rarescitis umbrae,
murorum tormenta Pylos Messenaque tendunt.
nulla inmunis humus; velluntur postibus altis
arma olim dimissa patrum, flammisque liquescunt
dona deum: ereptum superis Mars efferat aurum.
nusquam umbrae veteres: minor Othrys et ardua sidunt
Taygeta, exuti viderunt aera montes.
iam natat omne nemus: caeduntur robora classi,
silva minor remis. ferrum lassatur in usus
innumeros, quod rostra liget, quod muniat arma,
belligeros quod frenet equos, quod mille catenis
squalentis nectat tunicas, quod sanguine fumet
vulneraque alta bibat, quod conspirante veneno
inpellat mortes; tenuant umentia saxa
attritu et pigris addunt mucronibus iras.

Exempla: 416 *cf.* Ov. met. I 468 sagittifera . . pharetra.

417 gravis **Q**[1] iuventis **P**[1] 418 At **C** acarnan **P**: acarnas **ω E** 420 epirus **Q** 422 messenaque **PC**: messanaque **KQ** 425 ereptum **PE**: et raptum **ω** superis (*sic!*) **P** efferat: asserit *Baehrens; at Mars aurum antea ad deorum cultum adhibitum fero bello vindicat* 426 sidunt (*ex* findunt **Q**): findunt **C** 428 omnem (*del.* **P**[1]) **P** 429 lassatur **PQC**: laxatur **K** in **PE**: ad **ω** 431 frenat (-et **M**[2]) **Q** 432 Squalentis **PQ**: -es **KC** 433 quot **P** 434 tenuant umentia *vulgo*: tenuat umentia **P**: tenuantque humentia **K**: tenuantur mitia (milia **E**) **QE**: tenuantur humentia (humitia *sscr.* **C**[2]) **C**: tenuant acuentia *Nic. Heinsius falso* 435 pigris (*ut* '*ex membranis*' *Heinsius, Koestlinius 1877 p. 288*) **PE**: nigris **ω** iram *Heinsius* (*cur?*)

nec modus aut arcus lentare aut fundere glandes
aut torrere sudes galeasque attollere conis.
hos inter motus pigram gemit una quietem
Thessalia et geminis incusat fata querellis,
quod senior Peleus nec adhuc maturus Achilles.
iam Pelopis terras Graiumque exhauserat orbem
praecipitans in transtra viros insanus equosque
Bellipotens. fervent portus et operta carinis
stagna suasque hiemes classis promota suosque
attollit fluctus; ipsum iam puppibus aequor
deficit et totos consumunt carbasa ventos.
prima ratis Danaas Hecateia congregat Aulis,
rupibus expositis longique crepidine dorsi
Euboicum scandens Aulis mare, litora multum
montivagae dilecta deae, iuxtaque Caphereus
latratum pelago tollens caput. ille Pelasgas
ut vidit tranare rates, ter monte ter undis
intonuit saevaeque dedit praesagia noctis.
coetus ibi armorum Troiae fatalis, ibi ingens
iuratur bellum, donec sol annuus omnes
conficeret metas. tunc primum Graecia vires

Exempla: 440 silv. II 1, 90 senior Peleus. *cf.* Hom. I 438,

---

436 fundere (findere C^2) 437 aut tollere (aut *in ras.* Q^1) Q 438 una P: ora (ore Q) ω 439 Thessalia P: Thessalis ω 440 pelleus negat huc P 441 gratumque Q 442 transa P 443 pontus et aperta C 444 suasuasque P 445 iam a puppibus C: iam puppibus Q (*eras.* a) 447 ratis P: rates ω 449 scandens: scindens *cum Menkio Kohlmannus. at Aulidem in rupe prominente sitam fingit poeta; cf. Theb. II 44, ubi item* scandere *probum est* 450 Centivage C^1 (*corr.* C^3) caphareus C 451 pelasgans (n *del.* P^r) P 452 tranarẽ (*corr.* P^1) P 455 omnes ω: amnes P

contemplata suas; tunc sparsa ac dissona moles
in corpus vultumque coit et rege sub uno
disposita est. sic curva feras indago latentes
claudit et admotis paulatim cassibus artat.
illae ignem sonitumque pavent diffusaque linquunt
avia miranturque suum decrescere montem,
donec in angustam ceciderunt undique vallem;
inque vicem stupuere greges socioque timore
mansuescunt: simul hirtus aper, simul ursa lupusque
cogitur et captos contempsit cerva leones.
sed quamquam et gemini pariter sua bella capessant
Atridae famamque avida virtute paternam
Tydides Sthenelusque premat, nec cogitet annos
Antilochos septemque Aiax umbone coruscet
armenti reges atque aequum moenibus orbem,
consiliisque armisque vigil contendat Ulixes:
omnis in absentem belli manus ardet Achillem,
nomen Achillis amant, et in Hectora solus Achilles
poscitur, illum unum Teucris Priamoque loquuntur
fatalem. quis enim Haemoniis sub vallibus alter

Exempla: 471 *cf.* Theb. XI 28 armenti reges.

---

457 ac **PKQ**: et **C** 459 Disposita ω: Deposita **P** curva **PKQ**: torva **C** 460 classibus **PQ** 461 Illę (*sic!*) **P** linqunt **P** 462 Avia ω: Avita **P** 464 gregem **C** 466 contempsit (n *ut. vid.* Q^2; *eras.* s) **Q** 467 capessant: lacessant *Menkius* 468 avida **PE**: avidi ω paterna **K** 469 stelenusque (-isque **Q**) **QC** premat **P**: premant ω 470 Antilochos *Klotzius*: Antilochous **P**: -us ω alax **P** 471 montibus **C** 472 Consiliisque (*ut coniecerat Koestlinius 1877 p. 289*) **PKQ**: Consiliis **C** commendet (-et *ex* -at C^1) **C** 475 priamo teucrisque **C** 476 valibus **P**

creverit effossa reptans nive? cuius adortus
cruda rudimenta et teneros formaverit annos
Centaurus? patrii propior cui linea caeli,
quemve alium Stygios tulerit secreta per amnes
Nereis et pulchros ferro praestruxerit artus?
haec Graiae castris iterant traduntque cohortes.
cedit turba ducum vincique haut maesta fatetur.
sic cum pallentes Phlegraea in castra coirent
caelicolae iamque Odrysiam Gradivus in hastam
surgeret et Libycos Tritonia tolleret angues
ingentemque manu curvaret Delius arcum,
stabat anhela metus solum Natura Tonantem
respiciens: quando ille hiemes tonitrusque vocaret
nubibus, igniferam quot fulmina posceret Aetnen.
atque ibi dum mixta vallati plebe suorum
et maris et belli consultant tempora reges,

Exempla: 478 *cf.* Ciris 45 prima rudimenta et iuvenes . . annos. 484 *cf.* Aetna 42 Phlegraeis . . . castris.

---

477 effo^{u}ssa (^{u} *add.* **Q**^{2}) **Q** adortus (*sic!*) **PKC**: ad ortus **E**: ab ortu (*ex* ad ortus **Q**^{1}) **Q** 479 proprior **P** linea **PK**: libera **Q**: semita **C** 481 Nerei **P** et ferro pulchros **C** praestruxerit (r *medium s. l.* **P**^{1}) 483 haut **P** 484 pallentes (l *prius add.* **P**^{1}): Pallenes *Wilamowitzius 1893 p. 13* palantes *cum Aldina Kohlmannus; at recte iam Bitschofskyus 1881 p. 37 contulit* Apoll. Sid. carm. 7, 133 timuit Natura paventem post Phlegram pugnare Jovem; 6, 15 cum trepidum spectaret Phlegra Tonantem. *cf. etiam* Aetna 54 Sil. XII 146 486 lybricos **P** 488 metus (t *clarius reddidit* **P**^{r}) **P**: metu ω solum ω: sola **P** natura: iam turba *Baehrens, at cf. ad v. 484* 490 *et* 491 *inverso ordine exhibet* **P** 490 Nubilus **QC** quot (t *in ras.* **C**^{4}; *non fuit* -d) **C**: quod **PK**: quō (u *in ras.* **Q**^{1}*?*) **Q** aetnen **P**: etnen **K**: ętnam **QC** 491 plebo **P** 492 consultantempora (t *s. l. add.* **P**^{r}) **P**

increpitans magno vatem Calchanta tumultu
Protesilaus ait — namque huic bellare cupido
praecipua et primae iam tunc data gloria mortis —:
'o nimium Phoebi tripodumque oblite tuorum,
Thestoride, quando ora deo possessa movebis
iustius aut quianam Parcarum occulta recludes?
cernis ut ignotum cuncti stupeantque premantque
Aeaciden? sordent vulgo Calydonius heros
et magno genitus Telamone Aiaxque secundus,
nos quoque: sed Mavors et Troia abrepta probabunt.
illum neglectis — pudet heu! — ductoribus omnes
belligerum ceu numen amant. dic ocius aut cur
serta comis et multus honos? quibus abditus oris
quave iubes tellure peti? nam fama nec antris
Chironis patria nec degere Peleos aula.
heia, inrumpe deos et fata latentia vexa,
laurigerosque ignes, si quando, avidissimus hauri!
arma horrenda tibi saevosque remisimus enses,
numquam has inbelles galea violabere vittas:
sed felix numeroque ducum praestantior omni,
si magnum Danais pro te dependis Achillem.'

Exempla: 493 Verg. Aen. II 122 vatem magno Calchanta tumultu protrahit in medios.

494 agit **P** 495 gloria **PE**: copia ω 498 quianam **P**: quaenam ω; *cf. Gustafssonus 1900 p. 494* 499 cunctis **PQ** premantque **P**ω: fremantque **E** *Baehrens* 500 sordent **P**: sordet ω 502 et **P**: sed ω abrepta **P**: arrepta ω. *abreptam Troiam intellege vi cito captam* 503 neclectis **P** 504 quur **P** 505 multus **P**: mutus (^{l} *num* **Q**^{1} *scripserit, dubito*) **Q**: mutus (utus *in ras.* **C**^{3}) **CK**: mitis *Gronovius* antris **C** 506 iuves **P** 508 vexa (r *supra* x *add. m. al.* **P**) 509 Laurigeros **Q** 511 galea violabere ω: galeare violare (-re *del.* **P**^{1}) **P** 512 praestantior (-rae- *in ras.* **P**^{r}) 513 Sig (*del.* **P**^{1}) **P** pro te dependis (-e de- *in ras.* **P**^{r};

iamdudum trepido circumfert lumina motu
intrantemque deum primo pallore fatetur
Thestorides; mox igne genas et sanguine torquens
nec socios nec castra videt, sed caecus et absens
nunc superum magnos deprendit in aethere coetus,
nunc sagas adfatur aves, nunc dura sororum
licia, turiferas modo consulit anxius aras
flammarumque apicem rapit et caligine sacra
pascitur. exsiliunt crines rigidisque laborat
vitta comis, nec colla loco nec in ordine gressus.
tandem fessa tremens longis mugitibus ora
solvit, et oppositum vox eluctata furorem est:
'quo rapis ingentem magni Chironis alumnum
femineis, Nerei, dolis? huc mitte: quid aufers?
non patiar: meus iste, meus. tu diva profundi,
et me Phoebus agit. latebris quibus abdere temptas

Exempla: 518 Theb. III 634 superum . . coetus. 519 silv. V 1, 156 dura sororum licia. 521 Theb. III 598 fruitur caligine mundi. 523 Theb. X 645 vitta comis.

---

sed idem videtur ante ras fuisse) **P**: pro (per **C**[1]) te (prompte *Baehrens*) portendis **ω**. *traditam lectionem primus poetae vindicavit Wilamowitzius, 1893 p. 9 mitto doctorum commenta*
514 motu voto **Q** 515 deum **Q** 517 astra **Q** videns **C** absens (-bs- *ex* -m- **P**[1]) **PQK**: amens **C** 518 aethera coetos **P** 519 sagax **P** 520 turiferas: turicremas *Menkius* 521 apicem **PE**: apices **ω** 527 nerei (s *eras.*) **C**: nerei (a *add.* **Q**[2]) **Q** aufers **ω**: audes aufers (*utrumque scripsit* **P**[1]) **P** 529—661 *om.* **ω**, 529—660 *in mg. supplevit m. al.* **K**; *in* **Q** *unius versus spatio intermisso sequebatur v.* 662 *qui nunc est erasus; subsequitur v.* 663 *sq*: *folio inserto scripti sunt manu recentiore v.* 529—662; *in* **C** *v.* 528 *subsequitur v.* 662, *sed addita nota* đ (*puta* desunt) *in calce libri v.* 529—660. 662 **C**[2] *supplevit. in* **E** *nihil deest.* 529 Et: at *Sandstroemius 1878 p. 39; sed haec vult Calchas*: *licet tu dea sis, in me quoque deus est* addere **P** *cf. v. 199.*

eversorem Asiae? video per Cycladas altas
attonitam et turpi quaerentem litora furto.
occidimus: placuit Lycomedis conscia tellus.
o scelus! en fluxae veniunt in pectora vestes.
scinde, puer, scinde et timidae ne cede parenti.
ei mihi raptus abit! quaenam haec procul inproba virgo?'
hic nutante gradu stetit amissisque furoris
viribus ante ipsas tremefactus conruit aras.
tunc haerentem Ithacum Calydonius occupat heros:
'nos vocat iste labor: neque enim comes ire recusem,
si tua cura trahat. licet ille sonantibus antris
Tethyos aversae gremioque prematur aquosi
Nereos: invenies. tu tantum providus astu
tende animum vigilem fecundumque erige pectus:
non mihi quis vatum dubiis in casibus ausit
fata videre prior.' subicit gavisus Ulixes:
'sic deus omnipotens firmet, sic adnuat illa
virgo paterna tibi! sed me spes lubrica tardat:
grande equidem armatum castris inducere Achillem;
sed si fata negent, quam foedum ac triste reverti!

Exempla: 530 Verg. Aen. XII 545 Priami regnorum eversor Achilles. 539 Verg. Aen. II 704 nec . . tibi comes ire recuso. *cf.* Hor. sat. II 5, 17, 543 Verg. Aen. VII 338 fecundum concute pectus.

530 cidas cicladas **q** 532 pla[illegible]cuit (c *in ras.; fuit* placavit) **q** 533 pectore **c** 534 cede **PqcE**: crede **k** 535 procul hec quaenam improba **q** 537 tremefactus: defectus *Cortius* 539 recusem **P**: recuso **ω**: recusen **E** 541 aversae **PqE**: adversae **kc** aquosi **PqE**: aquoso **k**: aquosę **c** 543 pectus $\mathbf{P}^{r}\omega$: pecto $\mathbf{P}^{1}$ 544 Non **PE**: Nam **ω** ausit: adsit *Schrader, at recte Wilamowitzius 1893 p. 10* 546 ⟨S⟩ic deus omnipotens sic annuat illaque firmęt **c** 547 spes me **q** 548 Grande equidem **kc**: Grandem- equidem **P**: Grande quidem **q** armatū ē **qc** ī castr' ducere **c** (ducere *in ras.* **c**)

vota tamen Danaum non intemptata relinquam.
iamque adeo aut aderit mecum Peleius heros,
aut verum penitus latet et sine Apolline Calchas.'
conclamant Danai stimulatque Agamemno volentes:
laxantur coetus resolutaque murmure laeto
agmina discedunt. quales iam nocte propinqua
e pastu referuntur aves, vel in antra reverti
melle novo gravidas mitis videt Hybla catervas.
nec mora, iam dextras Ithacesia carbasus auras
poscit, et in remis hilaris sedere iuventus.
at procul occultum falsi sub imagine sexus
Aeaciden furto iam noverat una latenti
Deidamia virum; sed opertae conscia culpae
cuncta pavet tacitasque putat sentire sorores.
namque ut virgineo stetit in grege durus Achilles
exsolvitque rudem genetrix digressa pudorem,
protinus elegit comitem, quamquam omnis in illum
turba coit, blandeque novas nil tale timenti
admovet insidias: illam sequiturque premitque
improbus, illam oculis iterumque iterumque resumit.

Testimonia: 553 Prisc. gramm. II 221, 4 (*propter nominativum* Agamemno) Statius in I Achilleidos 'conclamant Danai stimulatque Agamemno volentes'.

Exempla: 556 *cf.* Sil. II 215 *sq.*

---

551 aut **ω**: *om.* **P** pelopeius $\mathbf{C}^4$ *in ras.* 552 polline **q** 553 danii **P** volentes *om.* **q** 555 descendunt **C** quales **ω**: qualis **P** 556 aves **PkcE**: apes **q**: oves *Baehrens; at recte Menkius p. 32 contulit* Sil. II 215 557 gravitas **P** 558 ithacesia $\mathbf{P}^1$**kc**: ithacus iam $\mathbf{P}^r\mathbf{q}^c$ 559 ad remos **q** hilares **Pq** *cf. v.* 901 560 Ad **P**: Haud **c** occulta **c** 561 noverant **P** latenti **PqcE**: latentem **k** 562 Deidamea **P** 564 durus **Pq**: clarus **kc** 565 genitrix **q**: generis **c** 567 nihil **P**

nunc nimius lateri non evitantis inhaeret,
nunc levibus sertis, lapsis nunc sponte canistris,
nunc thyrso parcente ferit, modo dulcia notae
fila lyrae tenuesque modos et carmina monstrat
Chironis ducitque manum digitosque sonanti
infringit citharae, nunc occupat ora canentis
et ligat amplexus et mille per oscula laudat.
illa libens discit, quo vertice Pelion, et quis
Aeacides, puerique auditum nomen et actus
adsidue stupet et praesentem cantat Achillem.
ipsa quoque et validos proferre modestius artus
et tenuare rudes attrito pollice lanas
demonstrat reficitque colos et perfida durat
pensa manu; vocisque sonum pondusque tenentis,
quodque fugit comites, nimio quod lumine sese
figat et in verbis intempestivus anhelet,
miratur: iam iamque dolos aperire parantem
virginea levitate fugit prohibetque fateri.
sic sub matre Rhea iuvenis regnator Olympi
oscula securae dabat insidiosa sorori
frater adhuc, medii donec reverentia cessit
sanguinis et versos germana expavit amores.
tandem detecti timidae Nereidos astus.

---

570 non **Pkc**: nc̄ **q** 573 mostrat **c** 574 sonanti **ω**: sonantis **P** 575 nunc **Pkc**: n̄ **q** canentis **Pqk**: tenentis **c** 577 peleon **q** 580 et *om.* **q** valiđ **q** 582 colos **Pk**: -us **cq** perfida durat **P**: perdita dura **ω** 583 voci^{s} sonum **c** tenentis **Pkc**: tenentes **q**: veretur *Kochius 1865 p. 14!* 584 se≡se (*fuit* -s-) **P** 585 Figit **q** intempestib. **P** 586 iam iamque (*prius* iam *s. l. add.* **P**^{r} *pro* iamque *fuit* namque *in* **P**) dolus **P**: oculos **c** 591 versos (*quod e Monac. commendavit Gustafssonus 1900 p. 495*) **Pqc**: veros **k** (*?*) amores (-s *om.* **P**^{1} *add.* **P**^{r})

lucus Agenorei sublimis ad orgia Bacchi
stabat et admissum caelo nemus: huius in umbra
alternam renovare piae trieterida matres
consuerant scissumque pecus terraque revulsas
ferre trabes gratosque deo praestare furores.
lex procul ire mares: iterat praecepta verendus
ductor, inaccessumque viris edicitur antrum.
nec satis est: stat fine dato metuenda sacerdos
exploratque aditus, ne quis temerator oberret
agmine femineo. tacitus sibi risit Achilles.
illum virgineae ducentem signa catervae
magnaque difficili solventem bracchia motu
— et sexus pariter decet et mendacia matris —
mirantur comites. nec iam pulcherrima turbae
Deidamia suae tantumque admota superbo
vincitur Aeacide, quantum premit ipsa sorores.
ut vero e tereti demisit nebrida collo
errantesque sinus hedera collegit et alte
cinxit purpureis flaventia tempora vittis
vibravitque gravi redimitum missile dextra,
attonito stat turba metu sacrisque relictis
illum ambire libet pronosque attollere vultus.
talis, ubi ad Thebas vultumque animumque remisit

Exempla: 608 *cf.* silv. I 2, 116 quantum Latonia nymphas virgo premit.

594 umbra **ω**: ume **P** *sine ras.* 595 Alternam **P**: Alternum **ω** renovare **PE**: revocare **ω** trieterida *Gronovius*: triethynida (*del.* **P**[1]) **P**: trieterica **k**: triateria **q**: triatherica **c** 596 spissumque **P** 598 Lex **ω**: Rex **P** 599 educitur **P** 600 est stat **ω**: stat est **P** 602 sibi risit **P**: subrisit **qk**: subridet **c** achillis **P** 607 Deidamea **P** 608 aeacidae **P** 609 e tereti *vulgo*: et tereti **Pc**: thereti **q** (*quid* **k** *habeat, Kohlmannus non indicat*) nebria **q** 611 vītis **P**: vitis **c**

Euhius et patrio satiavit pectora luxu,
serta comis mitramque levat thyrsumque virentem
armat et hostiles invisit fortior Indos.
scandebat roseo medii fastigia caeli
Luna iugo, totis ubi somnus inertior alis
defluit in terras mutumque amplectitur orbem:
consedere chori paulumque exercita pulsu
aera tacent, tenero cum solus ab agmine Achilles
haec secum: ʿquonam timidae commenta parentis
usque feres? primumque imbelli carcere perdes
florem animi? non tela licet Mavortia dextra,
non trepidas agitare feras. ubi campus et amnes
Haemonii? quaerisne meos, Sperchie, natatus
promissasque comas? an desertoris alumni
nullus honos? Stygiasque procul iam raptus ad umbras
dicor, et orbatus plangit mea funera Chiron?
tu nunc tela manu, nostros tu dirigis arcus
nutritosque mihi scandis, Patrocle, iugales:
ast ego pampineis diffundere brachia thyrsis
et tenuare colus — pudet haec taedetque fateri! —
iam scio. quin etiam dilectae virginis ignem
aequaevamque facem captus noctesque diesque

Exempla: 630 silv. III 5, 37 Stygias prope raptus ad umbras.

---

618 invisit **Pq**: invasit **c** (*de* **k** *iterum mihi non liquet*) 619 roseo: niveo *Menkius* caeli **PqkC**^{3}: templi **c** 622 pulsu **ω P**^{r} *in mg.*: cu^{r}ſu **P**^{1}: 623 Aere **P** agmine **Pkc**: īguine **q** achillis **P** 625 perdis **P** 627 agitare **kc**: agitat (-t *possit fortasse* -r *esse*) **q**: sagittare **P** 628 quaeresne **Pc** 631 Ducor **c** 632 manu **ω**: gradumanu (uł *sscr.* **P**^{r}) **P** tu nostros **c** 635 haec **P**^{1}: heu **P**^{r}**ω** taedetque (-que *add.* **P**^{r}) 637 Aequaevamque: aequaevaeque *Schrader*

dissimulas. quonam usque premes urentia pectus
vulnera? teque marem pudet — heu! — nec amore
probaris?'
sic ait; et densa noctis gavisus in umbra
tempestiva suis torpere silentia furtis
vi potitur votis et toto pectore veros
admovet amplexus; vidit chorus omnis ab alto
astrorum et tenerae rubuerunt cornua Lunae.
illa quidem clamore nemus montemque replevit:
sed Bacchi comites, discussa nube soporis,
signa choris indicta putant; fragor undique notus
tollitur, et thyrsos iterum vibrabat Achilles,
ante tamen dubiam verbis solatus amicis:
'ille ego — quid trepidas? —, genitum quem caerula mater
paene Iovi silvis nivibusque inmisit alendum
Thessalicis. nec ego hos cultus aut foeda subissem
tegmina, ni primo te visa in litore: cessi
te propter, tibi pensa manu, tibi mollia gesto
tympana. quid defles magno nurus addita ponto?
quid gemis ingentes caelo paritura nepotes?
sed pater —: ante igni ferroque excisa iacebit

Exempla: 642 Ov. met. XI 265 et potitur votis.

638 usque ω: ipse **P** premis urgentia **qc**: presumerentia **P** (*de* **k** *non liquet*) 639 teque **Pkc**: meque **q** nec **P**: sed **qc** probaris **P**: probabis ω; *interpunctionem correxi* 643 vidit **P**: risit **qcE**: risu **k**: rubuit *Scriverius* 646 nube soporis **Pk** (*?*): nocte sorores **qc** 647 vibrabat ω: vibrat **P** 649 solatus **P**: solatur ω 650 quid ω: qui **P** ge[illegible]nitum (*fuit* gem-) **P** 651 paene Iovi *Gustafssonus 1900 p. 496*: Paene iouis **P**: Peneis **qkc**: Paeoniis *Wilamowitzius 1893 p. 12* c̄misit **q** 652 aut **Pkc**: nec **c** 653 Tecmina **q** primo ω: e primo **P** visa ω: vias **P** celsi (*?*) **c** 656 gemes **P** 657 feroque **q** *aposiopesin primus Barthius agnovit*

Scyros et in tumidas ibunt haec versa procellas
moenia, quam saevo mea tu conubia pendas
funere: non adeo parebimus omnia matri.'
obstipuit tantis regina exterrita monstris,
quamquam olim suspecta fides, et comminus ipsum
horruit et facies multum mutata fatentis.
quid faciat? casusne suos ferat ipsa parenti
seque simul iuvenemque premat, fortassis acerbas
hausurum poenas? et adhuc in corde manebat
ille diu deceptus amor: silet aegra premitque
iam commune nefas; unam placet addere furtis
altricem sociam, precibus quae victa duorum
adnuit. illa astu tacito raptumque pudorem
surgentemque uterum atque aegros in pondere menses
occuluit, plenis donec stata tempora metis
attulit et partus index Lucina resolvit.
II 1 iamque per Aegaeos ibat Laertia flexus
puppis, et innumeras mutabant Cycladas aurae:

---

vade sed ereptum celes taceasque pudorem.

Exempla: 667 *cf.* Verg. Aen. IV 383 supplicia hausurum. 676 *cf.* Verg. Aen. III 124 *sq.*

---

659 pendas q c (*sic Sandstroemius 1878 p. 40 e codd. Lindenbrogii*): perdas **P k** 661 *adest in* q, *deest in ceteris melioris notae libris; removit Kohlmannus* 662 Obstupuit q 663 comminus ipsum horruit: luminis ignem horruit *Kochius 1865 p. 14* 665 patenti **Q** 666 acervas **P** 671 astuta cito **Q C** 673 plenis ω: plenisque **P** *post* 674 *editiones veteres pleraeque librum primum finiunt, codices pessimi alterum.* Lib. 2 *in* **P** *adscripsit fortasse Puteanus.* 675 paer egeos **P** flexus **P** ω: † fluctus Q^2 *mg.* 676 innumeras mutabant Cycladas aurae *Koestlinius 1876 p. 532*: innumerae m. cyclades auras

iam Paros Olearosque latent; iam raditur alta
Lemnos et a tergo decrescit Bacchica Naxos,
ante oculos crescente Samo; iam Delos opacat
aequor: ibi e celsa libant carchesia puppi
responsique fidem et verum Calchanta precantur.
audiit Arquitenens Zephyrumque e vertice Cynthi
inpulit et dubiis pleno dedit omina velo.
it pelago secura ratis: quippe alta Tonantis
iussa Thetin certas fatorum vertere leges
arcebant aegram lacrimis ac multa tumentem,
quod non erueret pontum ventisque fretisque
omnibus invisum iam tunc sequeretur Ulixem.
frangebat radios humili iam pronus Olympo
Phoebus et Oceani penetrabile litus anhelis
promittebat equis: cum se scopulosa levavit
Scyros; in hanc totos emisit puppe rudentes
dux Laertiades sociisque resumere pontum
imperat et remis Zephyros supplere cadentes.
accedunt iuxta, et magis indubitata magisque
Scyros erat placidique super Tritonia custos

---

677 olearosque **PKCQ**^{2}: claresque **Q**^{1} 678 decrescit ·/· canaxos ·/· bacchi **P**: dl. brachia naxos **C** 679 delos (lo *s. v.* **P**^{1}) 680 e *om.* **C** puppi **P**: puppe ω 681 calcanta **P** 682 arquitenens **P**: arcitenens ω vertere **Q**^{1} (*corr.* **Q**^{2}) canthi **C**^{1}: ţpindi **C**^{3} 684 pelago **PQ**^{1}: pelagi **Q**^{c}**KCE** tonantis ω: sonantis **P** 685 thetim **PC** 686 tumentem *Klotzius*: timentem **P**: gementem (legentem **Q** *ante corr.*) ω: frementem *Schenkelius 1882 p. 100* 689 Fragebat **P** 691 Promittebat: permittebat *Heinsius* cum se ω: cū e **P** levaret (*ex* la- **C**^{2}) **C** 692 totas **C** 693 sociisque **P**: sociosque ω *cf. Theb. I 595* pontum ω: portum **P**: contum *Wernsdorfius* 694 zephyros **PKQ**: auras **C**^{3} *in ras.* supplere (-re *s. v.* **P**^{1}) 695 iuxta **PE**: iussis (-s *add.* **Q**^{2}) ω: iussa *Baehrens, quod non intellego* et **PE**: et (*del.* **Q**^{1}) **Q**: etiam **K**: *om.* **C**

litoris. egressi numen venerantur amicae
Aetolusque Ithacusque deae. tunc providus heros,
hospita ne subito terrerent moenia coetu,
puppe iubet remanere suos; ipse ardua fido
cum Diomede petit. sed iam praevenerat arcis
litoreae servator Abas ignotaque regi
ediderat, sed Graia tamen, succedere terris
carbasa. procedunt, gemini ceu foedere iuncto
hiberna sub nocte lupi: licet et sua pulset
natorumque fames, penitus rabiemque minasque
dissimulant humilesque meant, ne nuntiet hostes
cura canum et trepidos moneat vigilare magistros.
sic segnes heroes eunt campumque patentem,
qui medius portus celsamque interiacet urbem,
alterno sermone terunt; prior occupat acer
Tydides: 'qua nunc verum ratione paramus
scrutari? namque ambiguo sub pectore pridem
verso, quid inbelles thyrsos mercatus et aera
urbibus in mediis Baccheaque terga mitrasque

Exempla: 697 Verg. Aen III 79 egressi veneramur Apollinis urbem. *cf.* Ov. epist. 21, 93 (91). 705 Theb. IV 85 hiberna sub nocte.

---

699 terreret **Q**^{1}**C** 700 iuvet **P** 703 sed **PKC**: se **Q** graia **PKQ**: grata **C** terris **PKC**: tectis **Q** 704 iuncto ω: iuncte **P** 706 rabiemque ω: labemque **P** 708 moneant **K**: maneat **Q** magistros **PKQ**: ministros **C** 710 medius ω: medios **P** 711 terunt **P**: ferunt **C** (*sic vel* se-, s *vel* f *in ras.* **K**): serunt (*ex* fe-) **Q** 712 qu[illegible]a **C** paramus (-s *ex* -r **Q**^{1}) 713 pridem **PE**: quidem **Q**: quiddam **K**: prodi **C** 714 Non nisi quit ni imbelles (Non quit nisi *in ras.* **C**^{2}) **C**

huc tuleris varioque aspersas nebridas auro?
hisne gravem Priamo Phrygibusque armabis Achillem?'
illi subridens Ithacus paulum ore remisso:
'haec tibi, virginea modo si Lycomedis in aula est
fraude latens, ultro confessum in proelia ducent
Peliden; tu cuncta citus de puppe memento
ferre, ubi tempus erit, clipeumque his iungere donis,
qui pulcher signis auroque asperrimus; hasta
haec sat erit: tecum lituo bonus adsit Agyrtes
occultamque tubam tacitos adportet in usus.'
dixerat, atque ipso portarum in limine regem
cernit et ostensa pacem praefatus oliva:
'magna, reor, pridemque tuas pervenit ad aures
fama trucis belli, regum placidissime, quod nunc
Europamque Asiamque quatit. si nomina forte
huc perlata ducum, fidit quibus ultor Atrides:
hic tibi, quem tanta meliorem stirpe creavit
magnanimus Tydeus, Ithacis ego ductor Ulixes.
causa viae — metuam quid enim tibi cuncta fateri,

Exempla: 730 Verg. Aen. I 375 si vestras forte per auris Troiae nomen iit. *cf.* II 81. 734 *cf.* Theb. V 623 quid enim timeam moritura fateri?

---

716 Huc ω: Hauc **P** varioque ω: variosque **P** 717 priamo phrigibus **P**: phrygibus priamoque ω armavis **P**: armatus **Q**: armamus **KCE** achillę **P** 718 Olli **C**: Illeque (*ex* Illi $\mathbf{Q}^2$) **Q** 719 modo ω: molo **P** 721 cuncta citus ω: nunctacitus **P** 723 *inter* auroque *et* asperrimus *rasura octo fere litterarum in* **Q** hasta **P**: ardet ω. *locum expedivit Wilamowitzius 1893 p. 12* 724 acyrtes **P** 727 ostensa **PK**: ostentans (-ns *add.* $\mathbf{Q}^2$) **Q**: ostentat **C** 728 pridemque tuas (vestras *add. s. l.* $\mathbf{Q}^2$) 731 ultior **P** 732 Hic (*sic* $\mathbf{C}^2$ *in ras.*) 733 it(h)acis ω: ithacus **P** 734 cuncta tibi **P**

cum Graius notaque fide celeberrimus? —: imus
explorare aditus invisaque litora Troiae,
quidve parent.' medio sermone intercipit ille:
'adnuerit Fortuna, precor, dextrique secundent
ista dei! nunc hospitio mea tecta piumque
inlustrate larem.' simul intra limina ducit.
nec mora, iam mensas famularis turba torosque
instruit. interea visu perlustrat Ulixes
scrutaturque domum, si qua vestigia magnae
virginis aut dubia facies suspecta figura;
porticibusque vagis errat totosque penates,
ceu miretur, adit: velut ille cubilia praedae
indubitata tenens muto legit arva Molosso
venator, videat donec sub frondibus hostem
porrectum somno positosque in caespite dentes.
rumor in arcana iamdudum perstrepit aula,
virginibus qua fida domus, venisse Pelasgum
ductores Graiamque ratem sociosque receptos.
iure pavent aliae; sed vix nova gaudia celat
Pelides avidusque novos heroas et arma
vel talis vidisse cupit. iamque atria fervent

Exempla: 738 Verg. Aen. VII 259 di nostra incepta secundent.

735 Cum **PKQ**^{1}: Dum **Q**^{2}**C** grauius **P** imus **P** *fort. etiam* **Q**: unus ω 736 littera **Q** 737 parant **C** 738 dextrisque **P** 739 dei **PKCQ**^{1} *mg.*: sibi **Q**^{1} 741 toros domosque **Q** 744 aut **PKQ**: haud **C** facie **QC** figurae **P** 746 alit (*corr.* **Q**^{2}) **Q**: obit *Heinsius* 747 muto **P**: multo ω: fido *Kochius 1865 p. 14* arva (m *sscr.* **P**^{r}) **P** 749 positumque in cespite dentem **C** 751 domos **Q** 753 *versum om.* **K**^{1}, *add.* **K**^{2} lere (*fuit* Iure) **Q**: ire *Schrader*: cuncta *Kochius l. l.*: inde *Baehrens; at puellae iure pavent* nova **PQC**: sua **K** *Schrader* 754 avidosque **P** heroas (o *s. v. add.* **P**^{1})

regali strepitu et picto discumbitur auro,
cum pater ire iubet natas comitesque pudicas
natarum. subeunt, quales Maeotide ripa,
cum Scythicas rapuere domos et capta Getarum
moenia, sepositis epulantur Amazones armis. 760
tum vero intentus vultus ac pectora Ulixes
perlibrat visu, sed nox inlataque fallunt
lumina et extemplo latuit mensura iacentum.
at tamen erectumque genas oculisque vagantem
nullaque virginei servantem signa pudoris 765
defigit comitique obliquo lumine monstrat.
quid? nisi praecipitem blando complexa moneret
Deidamia sinu nudataque tempora semper
exsertasque manus umerosque in veste teneret
et prodire toris et poscere vina vetaret 770
saepius et fronti crinale reponeret aurum? 771
ut placata fames epulis bis terque repostis, 773
rex prior adloquitur paterisque hortatur Achivos:

Argolicis ducibus iam tunc patuisset Achilles. 772

Exempla: 764 *cf.* Theb. II 506 *et* V 95 erecta genas. 771 Verg. Aen. XI 576 pro crinali auro.

---

756 aulro (*del.* P^1) **P**: ostro ω 757 Tum Q^2C 758 maeotide **PKQ**^{1}: mareotide Q^2: mareotica **C** ripam **C** 759 Dum **C** 760 sepositis *Schrader*: suppositis **P**ω, *quod fortasse tamen retineri potuit* 761 Tunc **C** intentos **P**: intentus **Q** 762 Perlibrat **P**: Perlibat **QC**: Perliba[illegible] **K** 763 extimplo **C** iacentum **P**: iacentis ω 765 pudoreis **P** 767 Quid **P**: Quod **QC** (*de* **K** *non liquet*) teneret (t *moneret sscr.* C^2) **C** 768 Deidimia **C** sinu **P**ω: virum Q^2 tempora **P**: pectora ω; *at de capite obvoluto licet cogitare* 770 reposceret **C** 771 reposceret **C** 772 *om.* **P**ω, *add.* $Q^2K^2C^2$ *in marg. exulare iussit Kohlmannus*

'invideo vestris, fateor, decora inclita gentis
Argolicae, coeptis: utinam et mihi fortior aetas,
quaeque fuit, Dolopas cum Scyria litora adortos
perdomui fregique vadis, quae signa triumphi
vidistis celsa murorum in fronte, carinas!
saltem si suboles, aptum quam mittere bello —
nunc ipsi viresque meas et cara videtis
pignora: quando novos dabit haec mihi turba nepotes?'
dixerat, et sollers arrepto tempore Ulixes:
'haut spernenda cupis; quis enim non visere gentes
innumeras variosque duces atque agmina regum
ardeat? omne simul roburque decusque potentis
Europae meritos ultro iuravit in enses.
rura urbesque vacant, montes spoliavimus altos,
omne fretum longa velorum obtexitur umbra;
tradunt arma patres, rapit inrevocata iuventus.
non alias umquam tantae data copia famae
fortibus aut campo maiore exercita virtus.'

Possem, plena forent mihi gaudia; namque iuvarem.

Exempla: 776 *cf.* Hom. *H* 132 *sq.* Ψ 629 *sq.* Verg. Aen. V 377 *sq.* 783 silv. IV 8, 28 citius dabit illa nepotes. 792 silv. I 2, 31 data copia tantae noctis.

---

776 utinam ▒ mihi **K** 778 *enuntiata recte distinxit Wilamowitzius 1893 p. 10* 779 celsa **P**: celsas **ω** 780 soboles (*ex* -os $\mathbf{Q}^2$) **QC** aptum **PC**: aptum **QK** 781 *in deterioribus quibusdam libris extat, damnatus est a Gronovio* 782 meos **Q** 784 arrepto **ω**: abrepto **P** *cf. v. 318* 787 potentis **ω**: potentes **P** 788 Europę **P**: Europes **ωE** ultro moritos **C** 790 longe telorum **C** 791 rapit (t ruit $\mathbf{Q}^2$) 792 Non unquam tantae fuerit (*ex* -at $\mathbf{C}^2$) data copia famae **C**

II 120 aspicit intentum vigilique haec aure trahentem,
cum paveant aliae demissaque lumina flectant,
atque iterat: 'quisquis proavis et gente superba,
quisquis equo iaculoque potens, qui praevalet arcu,
omnis honos illic, illic ingentia certant
125 nomina: vix timidae matres aut agmina cessant
virginea; a! multum steriles damnatus in annos
invisusque deis, si quem haec nova gloria segnem
praeterit.' exisset stratis, ni provida signo
Deidamia dato cunctas hortata sorores
130 liquisset mensas ipsum complexa. sed haeret
respiciens Ithacum coetuque novissimus exit.
ille quoque incepto paulum ex sermone remittit,
pauca tamen iungens: 'at tu tranquillus in alta
pace mane carisque para conubia natis,
135 quas tibi sidereis divarum vultibus aequas
fors dedit. ut me olim tacitum reverentia tangit!
is decor et formae species permixta virili.'
occurrit genitor: 'quid si aut Bacchea ferentes
orgia, Palladias aut circum videris aras?

Testimonia: 794 Prisc. gramm. II 342, 2 'vigil' . . 'a vigile' vel 'vigili' facit ablativum . . . Statius in I Achilleidos 'aspicit intentum vigilique haec aure trahentem'.

---

798 silv. I 2, 233 omnis honos (*eodem fere sensu*). 800 Theb. IV 183 mutos . . . damnatus in annos.

---

794 trahentem: bibentem *Gronovius* 796 superba **P**: superbus **QC** (*de* **K** *non liquet*) 800 virginea; a! *Baehrens*: Virginea Virginea multes (*vel* -os) steriles dāpnatus in annos C^3 *scr. in ras.* 803 cunctas ω: cuncta **P** 806 quoque **PE**: quidem ω incerto **P** ex *om.* **C** 807 At (*&* *in ras.* Q^1) 811 Is PQ^1K: His Q^2CE virili: virilis *Krohnius* 812 aut bacchea **PE**: bachea ω

II et dabimus, si forte novus cunctabitur auster.'
excipiunt cupidi et tacitis spes addita votis.
cetera depositis Lycomedis regia curis
tranquilla sub pace silet, sed longa sagaci
nox Ithaco, lucemque cupit somnumque gravatur.
vixdum exorta dies et iam comitatus Agyrte
Tydides aderat praedictaque dona ferebat.
nec minus egressae thalamo Scyreides ibant
ostentare choros promissaque sacra verendis
hospitibus. nitet ante alias regina comesque
Pelides: qualis Siculae sub rupibus Aetnae
Naidas Ennaeas inter Diana feroxque
Pallas et Elysii lucebat sponsa tyranni.
iamque movent gressus thiasisque Ismenia buxus
signa dedit, quater aera Rheae, quater enthea pulsant
terga manu variosque quater legere recursus.
tunc thyrsos pariterque levant pariterque reponunt
multiplicantque gradum, modo quo Curetes in actu
quoque pii Samothraces eunt, nunc obvia versae
pectine Amazonio, modo quo citat orbe Lacaenas
Delia plaudentesque suis intorquet Amyclis.
tunc vero, tunc praecipue manifestus Achilles

Exempla: 824 *cf.* Val. Flacc. V 344 *sq.*

---

814 dabimus **PK**: dabitur (-tur *in ras.* **Q**) **QC** novos **P** cunctavitur **P**: ł cantabitur **Q**^{2} *mg.* 815 cupide **Q**: cupidę **C** tacitis (tantis **C**) 817 agaci **P** 818 itaq·co **P** 819 agyrta **K**: agirtę (*fuit* ę) **C** 821 talamo **P** 824 quales **P** siculis **C**^{2} 825 Naides **Q**^{1}**K** Ennaeas *Gronovius*: aetneas ferosque **P** 826 eloysii **P** 827 ismenia **ω**: inmoenia **P** 828 entea **P**: euchia **ω** 831 curre[illegible]tes **Q** 832 piideis amothraces **P** 835 Tum **P**

nec servare vices nec bracchia iungere curat;
tunc molles gressus, tunc aspernatur amictus
plus solito rumpitque choros et plurima turbat.
sic indignantem thyrsos acceptaque matris
tympana iam tristes spectabant Penthea Thebae.
solvuntur laudata cohors repetuntque paterna
limina, ubi in mediae iamdudum sedibus aulae
munera virgineos visus tractura locarat
Tydides, signum hospitii pretiumque laboris:
hortaturque legant, nec rex placidissimus arcet.
heu simplex nimiumque rudis, qui callida dona
Graiorumque dolos variumque ignoret Ulixem!
hic aliae, qua sexus iners naturaque ducit,
aut teretes thyrsos aut respondentia temptant
tympana, gemmatis aut nectunt tempora limbis:
arma vident magnoque putant donata parenti.
at ferus Aeacides, radiantem ut comminus orbem,
caelatum pugnas — saevis et forte rubebat
bellorum maculis — adclinem conspicit hastae,
infremuit torsitque genas, et fronte relicta
surrexere comae; nusquam mandata parentis,
nusquam occultus amor, totoque in pectore Troia est.
ut leo, materno cum raptus ab ubere mores

Exempla: 858 *sq. cf.* Lvcan. IV 237 *sq.*

840 penthebae **P** 842 ▒ibi (*fuit* u-) **Q** 843 Munera **ω**: Numera **P** locarat (*corr.* $\mathbf{Q}^2$) **Q** 844 labor **P** *sine ras.* 846 qui **PKQ**^{1}: quis $\mathbf{Q}^2$**C** 847 variumque (πολύτροπον): vafrumque *Heinsius* ignoret **PQC**: ignorat **K**: ignorȧt **E** 848 Sic **C** qua **P**: quas **ω** iners **ω**: inest **P** 849 teretes (veteres **C**) 850 timpora **C** 851 putant (-t *s. v.* $\mathbf{P}^1$) 853 rubebant **K** 855 fronde **C** 856 ▒usquam **C** 857 ▒usquam **C**

accepit pectique iubas hominemque vereri
edidicit nullasque rapi nisi iussus in iras,
si semel dversao radiavit lumine ferrum,
eiurata fides domitorque inimicus: in illum
prima fames, timidoque rubet servire magistro.
ut vero accessit propius luxque aemula vultum
reddidit et simili talem se vidit in auro,
horruit erubuitque simul. tunc acer Ulixes
admotus lateri summissa voce: 'quid haeres?
scimus' ait, 'tu semiferi Chironis alumnus,
tu caeli pelagique nepos, te Dorica classis,
te tua suspensis exspectat Graecia signis,
ipsaque iam dubiis nutant tibi Pergama muris.
heia, abrumpe moras: sine perfida palleat Ide,
et iuvet haec audire patrem, pudeatque dolosam
sic pro te timuisse Thetin.' iam pectus amictu
laxabat, cum grande tuba sic iussus Agyrtes
insonuit: fugiunt disiectis undique donis
inplorantque patrem commotaque proelia credunt.
illius intactae cecidere a pectore vestes,
iam clipeus breviorque manu consumitur hasta,

Exempla: 868 *cf.* silv. II 1, 89 Ov. met. II 633 872 Theb. XI 201 abrumpe moras. Verg. georg. III 42 en age segnis rumpe moras. Aen. IV 569 heia age, rumpe moras.

---

860 ullasque **C** nisiussus **P** 862 Et iurata **Q**: It iurata (I- $\mathbf{C}^3$ *in ras.*) **C** 863 rubet servire *Krohnius*: iuvet servire **P**: pudet servisse **QC**: iuvat servisse **K**(*?*): iuvat saevire *Baehrens* 864 lux emula **C** 865 talem (tandem **C**)

872 ide **QC**: idem **P**: ida **K** 873 Et iuvat **Q**: Adiuvat (*corr.* $\mathbf{C}^2$) **C** 874 thetim **PQC** 875 achyrtes **P** 876 abiectis **C** 879 clipeus breviorque ω: brevior clipeus **P**: cl. leviorque *Menkius*

— mira fides! — Ithacumque umeris excedere visus
Aetolumque ducem: tantum subita arma calorque
Martius horrenda confundit luce penates.
inmanisque gradu, ceu protinus Hectora poscens,
stat medius trepidante domo: Peleaque virgo
quaeritur. ast alia plangebat parte retectos
Deidamia dolos, cuius cum grandia primum
lamenta et notas accepit pectore voces,
haesit et occulto virtus infracta calore est.
demittit clipeum regisque ad lumina versus
attonitum factis inopinaque monstra paventem,
sicut erat, nudis Lycomedem adfatur in armis:
'me tibi, care pater, — dubium dimitte pavorem! —
me dedit alma Thetis: te pridem tanta manebat
gloria; quaesitum Danais tu mittis Achillem,
gratior et magno, si fas dixisse, parente
et dulci Chirone mihi. sed corda parumper
huc adverte libens atque has bonus accipe voces:
Peleus te nato socerum et Thetis hospita iungunt,

Testimonia: 898 Evtych. gramm. V 475, 13 (*propter verbum* adlēgo) Statius Achilleidos I libro 'Peleus te nato socerum et Thetis hospita iungunt adlegantque suos utroque a sanguine divos'.

Exempla: 898 *cf.* Theb. I 392 utroque Iovem de sanguine ducens.

881 *et* 882 *om.* Q^1K^1C; *add.* Q^2K^2 *in mg.* 882 perfudit Q 883 Inmanesque P gradu (*eras.* -s) Q 884 peleaque PE: peleia QC: pelegia K 885 hast P 887 Lamenta ω: Amenta P 888 colore Q^1C^1 (*corr.* Q^2C^3) 889 Demittit PKC^1 (*ante corr.*): Dimittit C^1Q lumina K (*?*): limina PQC 890 factis PE: fatis ω 891 nudis P (*cf. supra v. 883* ceu protinus Hectora poscens): nudus E: mediis ω 892 M&tibi P pavorem PE: timorem ω 893 Me dedit alma thetis dē PQK: Me thetis alma dedit C primū (*corr.* Q^2) Q 895 *om.* K^1 *add.* K^2 *in mg.* parente ω: parentem P

adlegantque suos utroque a sanguine divos.
unam virgineo natarum ex agmine poscunt:
dasne? an gens humilis tibi degeneresque videmur?
non renuis. iunge ergo manus et concipe foedus
atque ignosce tuis. tacito iam cognita furto
Deidamia mihi; quid enim his obstare lacertis,
qua potuit nostras possessa repellere vires?
me luere ista iube; pono arma et reddo Pelasgis
et maneo. quid triste fremis? quid lumina mutas?
iam socer es' — natum ante pedes prostravit et addit:
'iamque avus: inmitis quotiens iterabitur ensis!
turba sumus.' tunc et Danai per sacra fidemque
hospitii blandusque precum conpellit Ulixes.
ille, etsi carae conperta iniuria natae
et Thetidis mandata movent prodique videtur
depositum tam grande deae, tamen obvius ire
tot metuit fatis Argivaque bella morari;
fac velit: ipsam illic matrem sprevisset Achilles.
nec tamen abnuerit genero se iungere tali:

Exempla: 902 Verg. Aen. XII 13 et concipe foedus.

---

901 Dasne an gens **P**: Dasne age an **QK** *itemque voluisse videtur* **C**^{2}: No▒ age nos **C**^{1} humilis **K**: humiles **PQC** *cf. v. 559* 902 renuas **C** 905 Qua **P**: Quid **QC**: Qui (*ex* Quid) **K** repellere vires *Kohlmannus*: repellere vir (*sine ras.*) **P**: evadere flammas ω 906 Deluere (*ex* Di **C**^{2}) **C** tolle arma et redde **C** pellascis **P** 907 mutas ω: mutus **P** 908 prostravit **E**: prostavit **P**: proiecit ω 909 enses **P** *interpunxi cum Krohnio* 911 conpellit **PCE**: compellat **QK** 913 videtu (*sic sine ras.*) **P**: videtur ω (*etiam* **Q**) 914 ire *om.* **P** *sine ras.* 916 Fac velit **QK**: Fac velut **P**: Ac velut **C** achille (*sic sine ras.*) **P** 917 Nec **PK**: Ne **QC** abnuerit **P**: abnueret ω tali ω: ali **P** *versum Barthius delendum censuit*

vincitur. arcanis effert pudibunda tenebris
Deidamia gradum, veniae nec protinus amens
credit et opposito genitorem placat Achille.
mittitur Haemoniae, magnis qui Pelea factis
impleat et classem comitesque in proelia poscat.
nec non et geminas regnator Scyrius alnos
deducit genero viresque excusat Achivis.
tunc epulis consumpta dies, tandemque retectum
foedus et intrepidos nox conscia iungit amantes.
illius ante oculos nova bella et Xanthus et Ide
Argolicaeque rates atque ipsas cogitat undas
auroramque timet: cara cervice mariti
fusa novi lacrimas iam solvit et occupat artus.
'aspiciamne iterum meque hoc in pectore ponam,
Aeacide? rursusque tuos dignabere partus?
an tumidus Teucrosque lares et capta reportans
Pergama virgineae noles meminisse latebrae?
quid precer, heu! timeamve prius? quidve anxia mandem,

---

918 Intus ab archanis **C** effer **P** 919 Deidama **P** amens ω: ament (-ent *add.* P^r) **P** 920 achillem (-m *add.* P^r) **P** 921 haemoniae **P**: haemoniam **KC**: haemonia **Q** magnis **PK**: magni **QC** factis (-s *add.* P^r) **PK**: facti **QC** 922 Impleat ω: Impleant **P** poscat **K**: poscā (-ā *add.* P^r) **P**: poscant **QC** 923 regnatoreschyrius **P** 924 Dedĭcit (*corr.* P^1) **P** 925 retectum **P**: receptum ω: refectum *vel* retexum *Schenkelius 1882 p. 101; neutrum intellego, locum explicavit Wilamowitzius 1893 p. 10* 926 conscia iungit ω: coniungit **P** 927 xanthos **Q** 928 atque ipsas **P**: atque iam (¯ *addidit supra* i- Q^2) **Q**: ▒▒▒ iam **K**: atque haec iam **C** *ante* 929 *lacunam hiare putavit Baehrens* 932 dignavere **P** partus **K**: portus **PQC** 933 teuchrosque **P** 934 nolis **QC** 935 mandem *vulgo*: tandem **P** -ve prius quidve inde precabo *add.* Q^2: Quidve precer heu quid timeam prius arma vel hostes **C**; *de* **K** *mihi non constat e Kohlmanni silentio*

cui vix flere vacat? modo te nox una deditque
inviditque mihi! thalamis haec tempora nostris?
hicne est liber hymen? o dulcia furta dolique,
o timor! abripitur miserae permissus Achilles.
i — neque enim tantos ausim revocare paratus —,
i cautus, nec vana Thetin timuisse memento,
i felix nosterque redi: nimis inproba posco!
iam te sperabunt lacrimis planctuque decorae
Troades optabuntque tuis dare colla catenis
et patriam pensare toris aut ipsa placebit
Tyndaris, incesta nimium laudata rapina.
ast egomet primae puerilis fabula culpae
narrabor famulis aut dissimulata latebo.
quin age, duc comitem; cur non ego Martia tecum
signa feram? tu thyrsa manu Baccheaque mecum
sacra, quod infelix non credet Troia, tulisti.
attamen hunc, quem maesta mihi solacia linquis,
hunc saltem sub corde tene et concede precanti
hoc solum, pariat ne quid tibi barbara coniunx,
ne qua det indignos Thetidi captiva nepotes.'
talia dicentem non ipse inmotus Achilles
solatur iuratque fidem iurataque fletu
spondet et ingentes famulas captumque reversus

Exempla: 950 *cf.* Theb. XI 102.

---

936 Cui vix (Coniunx **C**) vocat **Q** 940 I (Ah **C**)
941 thetim **PQC** 946 incesta (in- *fere periit in* **P**)
947 egomet **P**: ego et **Q** (m *sscr.* $\mathbf{K}^1$) **K** (quę *sscr.* $\mathbf{C}^1$) **C**
950 thyrsa **P** (*cf. Arch. für lat. Lexic. XII, 1900, p. 123*): pensa ω
955 tetidi **P**

II 285 Ilion et Phrygiae promittit munera gazae.
inrita ventosae rapiebant verba procellae. 960

Exempla: 960 Ov. met. VIII 134 an inania venti verba ferunt? rem. 286 irrita cum velis verba tulere noti. Cat. 64, 59 inrita ventosae linquens promissa procellae.

959 gazae ω: pugnae **P**: ca e $\mathbf{P}^1$ *mg. inter* a *et* e *umbram litterae* z *cernere mihi videbar* *post v.* 960 *subscribitur*: STATI ACHILL · LIB̄ · PRIMVS · EXPLICIT | INCIPIT LIBER II LEGENTI | VITA FELICITER **P**: Statii Papinii Svrsvli Achilleidos lib̄ prim' fin̄ · inciꝑ Scn̄s **C**: *in* **Q** *ultima fol. 179*^{a} *linea primaque fol. 179*^{b} *vacua nihil inscribitur, similiterque res se habet in* **K**. *in pessimis quibusdam libris v. 960 quartus liber clauditur.*

P. PAPINI STATI

ACHILLEIDOS

LIBER II.

Exuit implicitum tenebris umentibus orbem
Oceano prolata dies, genitorque coruscae
lucis adhuc hebetem vicina nocte levabat
et nondum excusso rorantem lampada ponto.
et iam punicea nudatum pectora palla
insignemque ipsis, quae prima invaserat, armis
Aeaciden — quippe aura vocat cognataque suadent
aequora — prospectant cuncti iuvenemque ducemque
nil ausi meminisse pavent; sic omnia visu
mutatus rediit, ceu numquam Scyria passus
litora Peliacoque rates escendat ab antro.
tunc ex more deis — ita namque monebat Ulixes —
aequoribusque austrisque litat puctuque sub ipso
caeruleum regem tauro veneratur avumque
Nerea: vittata genetrix placata iuvenca.

---

3 levavit **C** 4 lampada (*sscr.* **P**[1]) **P** 5 nudatum **PKC**[1]: nodatum **QC**[2] *Schenkelius 1882 p. 101* 6 invaserat (inmiserat **Q**[1]) 7 Aeacidem **PKC** 11 Peliacoque rates escendat *Kohlmannus*: p. r. excendat **P**: peliaco raptusque ascendit **Q**[1]: peliaco raptus descendat (-it **Q**[2]) **Q**[2]**KC** 13 Aequoribusque **PQKC**[2]: Aequoreis **C**[1] 15 Nerea **PQKC**[2]: Cerula **C**[1] iuvenca **PE**: iuvenca est ω; *cf. e. g.* Theb. VII 573

hic spumante salo iaciens tumida exta profatur:
'paruimus, genetrix, quamquam haut toleranda pararis,
paruimus nimium: bella ad Troiana ratesque
Argolicas quaesitus eo.' sic orsus et alno
insiluit penitusque noto stridente propinquis
abripitur terris: et iam ardua ducere nubes
incipit et longo Scyros discedere ponto.
turre procul summa lacrimis comitata sororum
commissumque tenens et habentem nomina Pyrrhum
pendebat coniunx oculisque in carbasa fixis
ibat et ipsa freto, et puppem iam sola videbat.
ille quoque obliquos dilecta ad moenia vultus
declinat viduamque domum gemitusque relictae
cogitat: occultus sub corde renascitur ardor
datque locum virtus. sentit Laertius heros
maerentem et placidis adgressus flectere dictis:
'tene' inquit, 'magnae vastator debite Troiae,
quem Danaae classes, quem divum oracula poscunt,
erectumque manet reserato in limine Bellum,
callida femineo genetrix violavit amictu

Exempla: 26 *cf.* Ov. met. XI 466 *sq.* 31 *cf.* Theb. I 75 dictis maerentem flectere adorti.

17 tolleranda **P** pararis *Klotzius*: puberis (p *s. l.* $\mathbf{P}^{1}$?) **P**: iubebas (iubebar *ex* -as **K**) ω 18 *om.* $\mathbf{C}^{1}$ *add.* $\mathbf{C}^{2}$ 21 Abripitur ω: Arripitur **P** ducere **PE**: cernere $\mathbf{Q}^{1}\mathbf{KC}$: crescere $\mathbf{Q}^{2}$ pubes **C** 22 longo scyros **P**: scyros longo ω (*etiam* **Q**) discedere (decrescere $\mathbf{Q}^{2}$) 23 suorum $\mathbf{C}^{1}$ 24 Commissumque **P**: Confessumque ω 25 Pendebat **PC**: Tendebat **QK** 26 freto **PE**: fretum ω puppim $\mathbf{Q}^{2}$ fretum et nubem *Menkius; at* sola *ad Deidamiam spectat* 29 renancitur **P** 30 sentit **PE**: sensit ω 31 et *om.* $\mathbf{Q}^{1}$: *suppl.* $\mathbf{Q}^{2}$ *s. l.* 34 limine ω: limite **P** 35 violavit **P**: velavit ω

commisitque illis tam grandia furta latebris
speravitque fidem? nimis o suspensa nimisque
mater! an haec tacita virtus torperet in umbra,
quae vix audito litui clangore refugit
et Thetin et comites et quos suppresserat ignes?
nec nostrum est, quod in arma venis sequerisque precantis:
venisses —' dixit, quem talibus occupat heros
Aeacius: 'longum resides exponere causas
maternumque nefas; hoc excusabitur ense
Scyros et indecores, fatorum crimina, cultus.
tu potius, dum lene fretum zephyroque fruuntur
carbasa, quae Danais tanti primordia belli,
ede: libet iustas hinc sumere protinus iras.'
hic Ithacus paulum repetito longius orsu:
'fertur in Hectorea, si talia credimus, Ida
electus formae certamina solvere pastor
sollicitas tenuisse deas nec torva Minervae
ora nec aetherii sociam rectoris amico
lumine, sed solam nimium vidisse Dionen.
atque adeo lis illa tuis exorta sub antris
concilio superum, dum Pelea dulce maritat

Testimonia: 56 Evtych. gramm. V 483, 28 marito, maritas. Statius libro II Achilleidos 'dum Pelea dulce maritat Pelion'.

36 illis **Q**: ullis **KC** 37 nimis o **QC**: nimis **P**: nimio **K** 38 tacita **PQC**: tanta **K** 40 Et (Ad **C**) 41 precantes ω 42 dixit **PE**: ultro ω; *recte distinxit Kohlmannus* 43 Aeacius **P**: Aeacides ω longum **P**: longum est ω 44 entese **P** 46 zephyroque **P**: zephyrisque ω fruuntur **PQK**: feruntur **C** 48 licet C^1 (*corr.* C^2) iustas ω: iussas **P** hi[illegible]c **Q** 49 repetitos (*del.* P^1) **P** orsu ω: ortu **P** 50 ida **P**: ora ω timuisse C^2 53 *om.* **QKC**: *add.* K^2 *in mg.* 54 Lumina **QC**

Pelion, et nostris iam tunc promitteris armis.
ira quatit victas; petit exitialia iudex
praemia: raptori faciles monstrantur Amyclae.
ille Phrygas lucos, matris penetralia caedit
turrigerae veritasque solo procumbere pinus
praecipitat terrasque freto delatus Achaeas
hospitis Atridae — pudet heu miseretque potentis
Europae! — spoliat thalamos, Helenaque superbus
navigat et captos ad Pergama devehit Argos.
inde dato passim varias rumore per urbes,
undique inexciti sibi quisque et sponte coimus
ultores: quis enim inlicitis genialia rumpi
pacta dolis facilique trahi conubia raptu
ceu pecus armentumve aut vilis messis acervos
perferat? haec etiam fortes iactura moveret.
non tulit insidias divum imperiosus Agenor
mugitusque sacros et magno numine vectam
quaesiit Europen aspernatusque Tonantem est
ut generum; raptam Scythico de litore prolem
non tulit Aeetes ferroque et classe secutus
semideos reges et ituram in sidera puppim:
nos Phryga semivirum portus et litora circum
Argolica incesta volitantem puppe feremus?
usque adeo nusquam arma et equi, fretaque invia Graiis?
quid si nunc aliquis patriis rapturus ab oris

57 promitteris (-tt- *ex* -ss- P^1) 61 veritasque **P**: vetitasque ω pinos Q^2 68 inlicitis genealia rumpi **PK**: genialia foedera rumpi **QC** 70 viles ω 73 nomine **Q** 75 Et **C** rapta scytico **P**: raptam et scithico ω; *cf. Wilamowitzius 1893 p. 10* 76 a &es **P** 77 itura **PK**: itᵛram **Q** 79 Argolicae **P**

Deidamian eat viduaque e sede revellat
attonitam et magni clamantem nomen Achillis?'
illius ad capulum rediit manus ac simul ingens
inpulit ora rubor: tacuit contentus Ulixes.
excipit Oenides: 'quin, o dignissima caeli
progenies, ritusque tuos elementaque primae
indolis et, valida mox accedente iuventa
quae solitus laudum tibi semina pandere Chiron,
virtutisque aditus, quas membra augere per artes,
quas animum, sociis multumque faventibus edis?
sit pretium longas penitus quaesisse per undas
Scyron et his primos arma ostendisse lacertis.'
quem pigeat sua facta loqui? tamen ille modeste
incohat, ambiguus paulum propiorque coacto:
'dicor et in teneris et adhuc reptantibus annis,
Thessalus ut rigido seńior me monte recepit,
non ullos ex more cibos hausisse nec almis
uberibus satiasse famem, sed spissa leonum
viscera semianimisque lupae traxisse medullas.

---

82 es sede **P** 84 magnus **P** 85 contentẽs (-o- *ex* -u- **P**^{1}) **P** 86 Excepit **P** dignissima **PQK**: clarissima **C** 88 Idolis **PE** accendente **P** 89 semina pandere **PKQ**: pandere (*ex* ponere **C**^{2}) semina **C** chirō **P** 90 quae **C**^{3} *in ras.* artē **C** 91 edis **P**: ede ω 93 his primos arma ostendisse lacertis *Wilamowitzius 1893 p. 12*: his primum a. o. lacertis (-is *ex* -os **P**^{1}) **P**: his primum armos tendisse lacertis **Q**: his primum arm▒ tendisse lacertis **K**: his armis primum tendisse lacertis (-os *ex* is **C**^{2}) **C**: hos armis primum vestisse lacertos *Gronovius*: his primum ⟨me⟩ arma ostendisse lacertis *Schenkelius 1882 p. 101* 95 Incoat **P** propriorque **P** 96 Sic orat (*corr.* **C**^{2}) **C**^{1} teneris **PKC**^{1}: tene▒ris **Q**: tenebris **C**^{2} reptantibus **P**: restantibus ω (*etiam* **Q**) 98 Non ullos **PQC**: Nullos **K** hausisse **P**: habuisse ω 100 semianimisque **P**: semianimesque ω lupae **P**: libens ω

haec mihi prima Ceres, haec laeti munera Bacchi,
sic dabat ille pater. mox ire per invia secum
lustra gradu maiore trahens visisque docebat
adridere feris nec fracta ruentibus undis
saxa nec ad vastae trepidare silentia silvae.
iam tunc arma manu, iam tunc cervice pharetrae,
et ferri properatus amor durataque multo
sole geluque cutis; tenero nec fluxa cubili
membra, sed ingenti saxum commune magistro.
vix mihi bissenos annorum torserat orbes
vita rudis, volucris cum iam praevertere cervos
et Lapithas cogebat equos praemissaque cursu
tela sequi; saepe ipse gradu me praepete Chiron,
dum velox aetas, campis admissus agebat
omnibus, exhaustumque vago per gramina passu
laudabat gaudens atque in sua terga levabat.
saepe etiam primo fluvii torpore iubebar
ire supra glaciemque levi non frangere planta.
hoc puerile decus. quid nunc tibi proelia dicam
silvarum et saevo vacuos iam murmure saltus?

Exempla: 111 *cf.* Verg. Aen. I 317 volucremque fuga praevertitur Hebrum.

---

102 invia **P**: avia (via **K**) ω 106 arma **P**: hasta ω phraretrae **P** 107 preparatus **Q** multa **C** 108 fluxa **PQK**: flexa **C** 111 volucres ω 112 equos **P**: equo ω praemisseque **P** 113 cyron **P** 115 exhaustumque **PK**: exhaustoque **QC** 116 terga **P**: colla ω 117 iubebaṭ **P**^{1}: iubebar **C**: iubebat **QK** 118 supra **P**: super ω 120 vacuos saevo **C** saltȯs **P**

numquam ille inbelles Ossaea per avia dammas
sectari aut timidas passus me cuspide lyncas
sternere, sed tristes turbare cubilibus ursos
fulmineosque sues, et sicubi maxima tigris
aut seducta iugis fetae spelunca leaenae.
ipse sedens vasto facta exspectabat in antro,
si sparsus nigro remearem sanguine; nec me
ante nisi inspectis admisit ad oscula telis.
iamque et ad ensiferos vicina pube tumultus
aptabar, nec me ulla feri Mavortis imago
praeteriit. didici, quo Paeones arma rotatu,
quo Macetae sua gaesa citent, quo turbine contum
Sauromates falcemque Getes arcumque Gelonus
tenderet et flexae Balearicus actor habenae
quo suspensa trahens libraret vulnera tortu
inclusumque suo distingueret aera gyro.
vix memorem cunctos, etsi bene gessimus, actus.
nunc docet ingentes saltu me iungere fossas,

Exempla: 130 Theb. XII 523 duri Mavortis imago. *cf.* Ov. trist. V 7, 17

---

121 ossaea (cessañ **Q**) devia **Q** dammas **P**: linces *ω*
122 lincas **P**: dammas *ω* 123 ursos **P**: ursas *ω*
124 Flumineosque (*corr.* **P**^{1}) **P** 125 subducta **C**
126 facta vasto spectabat (*corr.* **C**^{2}) **C**^{1} 127 nigro **P**: magno *ω* sanguinęcme **P** 128 *om.* **C**^{1}, *add.* **C**^{2} *in mg.*
129 ad *om.* **P** et *om.* **QK** ensiberos **P** 131 Praeteriit **PK**: Praeterit et **QC** meones **Q**: peanes **C** 132 rotent **C**^{1} contum (cestum **C**^{1}) 134 baleariculs **P** auctor **C**
135 tortu (cornu **C**^{1}) 136 Inclusumque suo **P**: Inclusum quotiens *ω* distingueret **P**: discingeret *ω* 137 bene **P**: modo *ω* 138 dȩcet **P**^{1} ingentes **P**: ingenti *ω* fossos **Q**

II 425 nunc caput aerii scandentem prendere montis,
quo fugitur per plana gradu, simulacraque pugnae
excipere inmissos scutato umbone molares
ardentesque errare casas peditemque volantis
sistere quadriiugos. memini, rapidissimus ibat
430 imbribus adsiduis pastus nivibusque solutis
Sperchios vivasque trabes et saxa ferebat:
cum me ille immissum, qua saevior impetus undae,
stare iubet contra tumidosque repellere fluctus,
quos vix ipse gradu totiens obstante tulisset.
435 stabam equidem, sed me referebat concitus amnis
et latae caligo fugae: ferus ille minari
desuper incumbens verbisque urguere pudorem.
nec nisi iussus abi: sic me sublimis agebat
gloria, nec duri tanto sub teste labores.
440 nam procul Oebalios in nubila condere discos
et liquidam nodare palen et spargere caestus,
ludus erat requiesque mihi; nec maior in istis
sudor, Apollineo quam fila sonantia plectro
cum quaterem priscosque virum mirarer honores.
445 quin etiam sucos atque auxiliantia morbis

144 *cf.* Ov. met. VIII 555.

139 praendere **P** 141 scutato **P**: curvato ω; *cf.* Theb. II 671 142 errare **P**: intrare ω volantes ω 145 Sperchios **P** vivasque **P**: vulsasque ω 146 Qua C^1 149 sed **P**: nec ω referebat **P** (-re- *s. l. add.* P^1) 150 fugae **P**: viae **KC**: me **q**; *fugiunt ea quae amnis secum fert* 152 abi ω: abii **P** 153 tantos **P** laborès **P**: laboris **q** 154 Iam **qC** cubalios **q** 155 Et ω: E **P** nodare (*sicut commendaverat Gronovius diatr. p. 258*) **P**: nudare ω caestŏs P^1 156 illis P^1 157 plectŏr P^1

gramina, quo nimius staret medicamine sanguis,
quid faciat somnos, quid hiantia vulnera claudat,
quae ferro cohibenda lues, quae cederet herbis,
edocuit monitusque sacrae sub pectore fixit
iustitiae, qua Peliacis dare iura verenda
gentibus atque suos solitus pacare biformes.
hactenus annorum, comites, elementa meorum
et memini et meminisse iuvat: scit cetera mater.'

Exempla: 166 Theb. VI 140 annorum elementa tuorum.

161 somnus **q** 163 paeliagis $\mathbf{P}^1$ 165 solitos **P** pacare ω: placare (l *s. l. add.* $\mathbf{P}^1$) **P**; *cf. Schenkelius 1882 p. 101* bimembres **q**

subscriptio in **PQC** *exstat nulla; in* **K** EXPLICIT *legitur deterrimi quidam codices addunt versum*: Aura silet, puppis currens ad litora venit.

Wissenschaftliche Ausgaben
griechischer und lateinischer Schriftsteller
im Verlage von

B. G. Teubner in Leipzig.

Sammlung wissenschaftlicher Commentare zu griechischen und römischen Schriftstellern.

Aetna. Von S. Sudhaus. geh. n. *M.* 6.—, in Leinw. geb. n. *M.* 7.—

Lucrez Buch III. Von R. Heinze. geh. n. *M.* 4.—, in Leinw. geb. n. *M.* 5.—

Sophokles Elektra. Von G. Kaibel. geh. n. *M.* 6.—, in Leinw. geb. n. *M.* 7.—

Kritische und kommentierte Ausgaben.
Neue Erscheinungen 1895—1900.

Acta Apostolorum: s. Lucas.

Aristophanis Equites rec. A. v. Velsen. Ed. II cur. K. Zacher. n. *M.* 3.—

Caesaris, C. Iuli, belli civilis libri III rec. A. Holder. n. *M.* 10.—

Didascaliae apostolorum fragmenta Veronensia Latina. Accedunt canonum qui dicuntur apostolorum et Aegyptiorum reliquiae. Ed. Edm. Hauler. Fasc. I: Praefatio, fragmenta, imagines. geh. n. *M.* 4.—

Euangelium sec. Matthaeum cum var. lect. ed. Fr. Blass. n. *M.* 3.60.

Euripidis fabulae edd. R. Prinz et N. Wecklein.

Vol. I. P. I: Medea. Ed. II. n. *M.* 2.40.
„ I. „ II: Alcestis. Ed. II. n. *M.* 1.80.
„ I. „ III: Hecuba. n. *M.* 1.60.
„ I. „ IV: Electra. n. *M.* 2.—
„ I. „ V: Ion. n. *M.* 2.80.
„ I. „ VI: Helena. n. *M.* 3.—
„ I. „ VII: Cyclops. n. *M.* 1.40.
„ II. „ I: Iphig. Taur. n. *M.* 2.40.

Vol. II. P. II: Supplic. n. *M.* 2.—
„ II. „ III: Bacchae. n. *M.* 2.—
„ II. „ IV: Heraclidae. n. *M.* 2.—
„ II. „ V: Hercules. n. *M.* 2.40.
„ II. „ VI: Iphig. Aul. n. *M.* 2.80.
„ III. „ I: Andromacha. n. *M.* 2.40.
„ III. „ II: Hippolytus. n. *M.* 2.80.
„ III. „ III: Orestes. n. *M.* 2.80.
„ III. „ IV: Phoenissae. n. *M.* 2.80.
„ III. „ V: Troades. n. *M.* 2.80.

Grammatici Graeci. Pars III. Scholia in Dionysii Thracis artem grammaticam rec. A. Hilgard. n. *M.* 36.—

Q. Horati Flacci opera recc. O. Keller et A. Holder. Vol. I. Carminum libri IV, Epodon liber, Carmen saeculare. Iterum rec. O. Keller. n. *M.* 12.—. Vol. II, Fasc. I. Sermonum libri II. n. *M.* 4.—. Vol. II, Fasc. II. Epistulae, De arte poetica. n. *M.* 6.—

[Lucas.] Acta Apostolorum s. L. ad Theophilum lib. alter. Sec. formam quae vid. Romanam rec. Fr. Blass. n. *M.* 2.—

[——] **Evangelium sec. Lucam** s. L. ad Theoph. lib. prior. Sec. formam quae vid. Romanam rec. Fr. Blass. n. *M.* 4.—

Novatians epistula de cibis Iudaicis, hrsg. von Landgraf und Weyman. n. *M.* 1.20.

Pindari carmina prolegg. et comm. instr. ed. W. Christ. n. *M.* 14.—

—— —— ed. Schroeder. 5. Auflage. n. *M.* 14.—

Platonis Sophista ed. O. Apelt. n. *M.* 5.60.

Pollucis Onomasticon recensuit et adnotavit Ericus Bethe. (Lexicographi Graeci vol. IX.) Fasciculus prior. n. *M.* 14.—

Statius' Silvae, herausg. u. erkl. v. Fr. Vollmer. n. *M.* 16.—

Theophrasts Charaktere, hrsg., übers. u. erkl. v. d. Philol. Gesellsch. zu Leipzig. n. *M.* 6.—

Thucydidis Historiae rec. C. Hude. Tom. I. n. *M.* 10.—. Tom. II. n. *M.* 12.—

Bibliotheca Scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana.

Neue Erscheinungen.

Apulei Apologia et Florida ed. J. van der Vliet. geh. n. *M.* 4.— geb. *M.* 4.50.

Aristeae ad Philocratem epistula ed. Paulus Wendland. geh. n. *M.* 4.— geb. *M.* 4.50.

Augustini, S. Aureli, Confessionum l. XIII rec. Knöll. geh. *M.* 2.70, geb. *M.* 3.20

Babrii fabulae rec. O. Crusius. Acc. fab. dact. et iamb. rell. Ign. al. tetr. ast. rec. C. F. Müller. Ed mai. geh. n. *M.* 8.40, geb. *M.* 9.— —— —— Ed. min. geh. n. *M.* 4.—, geb. 4.60.

Bacchylidis carmina ed. F. Blass. geh. n. *M.* 2.40, geb. *M.* 2.90.

Demetrii Cydonii de contemnenda morte oratio ed. Henricus Deckelmann. 8. geh. *M.* 1.—, geb. *M.* 1.40.

Dionysii Halicarnasei opuscula edd. H. Usener et L. Radermacher. Vol. I. geh. n. *M.* 6.—, geb. *M.* 6.60.

Favonii Eulogii disputatio de somnio Scipionis ed. Alfred Holder. geh. n. *M.* 1.40, geb. *M.* 1.80.

Firmicus Maternus edd. W. Kroll et F. Skutsch. Fasc. I. geh. n. *M.* 4.—, geb. *M.* 4.50.

Fulgentii, Fabii Planciadis, opera rec. R. Helm. geh. n. *M.* 4.—, geb. *M.* 4.50.

Germanici Caesaris Aratea iterum ed. A. Breysig. Accedunt Epigrammata. geh. n. *M.* 2.—, geb. *M.* 2.40.

Herondae mimiambi ed. O. Crusius. Ed. III. Ed. minor. geh. n. *M.* 2.40, geb. *M.* 2.80.

Heronis Alexandrini opera quae supers. omnia. Vol. I. von W. Schmidt. geh. n. *M.* 9.—, geb. 9.80.

—— —— —— Supplementheft: geh. n. *M.* 3.—, geb. *M.* 3.40.

—— —— Vol. II, 1 ed. Nix u. Schmidt. geh. n. *M.* 8.— geb. *M.* 8.60.

Incerti scriptoris Byzantini saeculi X liber de re militari ed. R. Vári. geh. n. *M.* 2.40.

Iurisprudentiae antehadrianae quae supersunt ed. Bremer. P. I. geh. n. *M.* 5.—, geb. *M.* 5.60. P. II, 1. geh. n. *M.* 8.—, geb. *M.* 8.60. P. II, 2. geh. n. *M.* 8 —, geb. *M.* 8.80.

Lydi, Laurentii, d. mens. lib. ed. R. Wünsch. geh. n. *M.* 5.20, geb. *M.* 5.60.

Lysiae orationes rec. Theodorus Thalheim. Ed. maior. geh. n. *M.* 3.—, geb. à *M.* 3.60. Ed. minor. geh. n. *M.* 1.20, geb. *M.* 1.60.

Musici scriptores Graeci rec., prooem. et in. instr. C. Jan. geh. n. *M.* 9.—, geb. *M.* 9.80. Suppl.: melod. reliq. geh. n. *M.* 1.20, geb. *M.* 1.60.

Mythographi Graeci. Vol. III. Fasc. I Pseudo-Eratosthenis Catasterismi rec. A. Olivieri. geh. n. *M.* 1.20, geb. *M.* 1.60.

Odonis abb. Cluniac. occu. ed Swoboda. geh. n. *M.* 4.— geb. *M.* 4.60.

Palladii, Rutilii Tauri Aemiliani, opus agriculturae rec. J. C. Schmitt. geh. n. *M.* 5.20, geb. *M.* 5.60.

Philoponi de opificio mundi ll. VII rec. W. Reichardt. geh. n. *M.* 4.—, geb. *M.* 4.60.

Procli Diadochi in Platonis rem publicam commentarii ed. W. Kroll. Vol. I. geh. n. *M.* 5.—, geb. *M.* 5.60. Vol. II. geh. n. *M.* 8.—, geb. *M.* 8.60.

Ptolemaei, Claudii, opera. Vol. I. Syntaxis ed. Heiberg. geh. n. *M.* 8.—, geb. *M.* 8.60.

Scriptores originum Constantinopolitanarum rec. Th. Preger. Fasc. prior. geh. n. *M.* 4.—

Senecae, L. Annaei, opera quae supersunt. Vol. I. Fasc. II. De beneficiis libri VII. De clementia libri II. Ed. C. Hosius. geh. n. *M.* 2.40, geb. *M.* 2.80.

—— —— Vol. III. L. A. S. ad Lucilium epistul. moral. quae supers. ed. O. Hense. geh. n. *M.* 5.60, geb. *M.* 6.20.

Statius, P. Pap. Vol. I. Silvae ed. Klotz. geh. n. *M.* 2.—, geb. *M.* 2.50.

PA
6697
A5
1902

Statius, Publius Papinius
P. Papini Stati Achilleis

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

[redacted]

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY